This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

~~Theol. No. 352.~~

Theol. Lit: 6. No: 4.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CONCENTVS SS. SCRIPTVRAE.

Auctore

HVGONE BROVGHTONO.

LIBER CONTINENS ET EXPLICANS BREVITER, PRÆTER ACCVRATAM CHRONOLOGIAM, ab Adamo vſque ad Domini noſtri Ieſu Chriſti mortem, præcipuos tum aliorum Scripturæ librorum nodos, tum verò APOCALYPSEOS.

ELENCHVM AVCTORVM, QVI HOC LIBRO citantur, pagina decima exhibet.

ἈΠΟ' ΒΡΕ'ΦΟΥΣ, ΤΑ' ἹΕΡΑ' ΓΡΑ'ΜΜΑΤΑ ἼΣΘΙ, ΤΑ' ΔΥ'ΝΑΜΕΝΑ
σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.





HANOVIÆ
Excudebat Guilielmus Antonius,

MDCII.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILITATE GENERIS, OMNIQVE VIRTVTE AC LITERATVRA POLITIORI præſtantiſſimo viro,

D. IAC. BONGARSIO,

Chriſtianiſs. ac potentiſſimi REGIS GALLIARVM *apud*
PRINCIPES GERMANIÆ,
ORATORI Ampliſſimo, Domino ſuo obſeruando,
Gratiam ac pacem à DEO PATRE, *per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

QVOD olim, VIR PRÆSTANTISSIME, de Hæreticis dicebat Irenęus, eos nimirum, cum vrgentur Scripturis, in earum conuerti accuſationem: idem hodiè de quamplurimis, qui CATHOLICI eſſe, & ſoli haberi volunt, veriſſimè dici poteſt. Animaduertẽtes enim illi, errores ſuos, qui nec pauci, nec leues ſunt, LVMINE ſacrarum Literarum manifeſtari, & ab iisdem, vt potè gladio illo ſpirituali, qui omnes errores percutit,

Libro 3. aduerſus Hæreſes Valent. & ſimilium, cap. 2.

iugulari: multas & graues aduerſus eas comminiſcũtur criminationes. *a* IMPERFECTAS, *b* OBSCVRAS, *c* CORRVPTAS eſſe; denique, ne plures adferam, cum vel harum meminiſſe horreat animus, *d* NVLLAM VNQVAM FVISSE HÆRESIN, QVÆ NON EX IIS OCCASIONEM ACCEPERIT. Non ſunt quidẽ ita ſtupidi Pontificii, præſertim Monachi illi pronuper orti, quin hæc, & ſi quę ſunt eiuſmodi, calumnioſè in SACRAM SCRIPTVRAM, hoc eſt, ipſiſſimam Dei *e* Veritatem, dici ſatis intelligant: verùm quùm didicerint experientiâ, actum eſſe de cauſa ſua, ſi CHRISTIANI omnes, prout *f* Chriſtus mandauit, eam cognoſcant, legant, intelligant; & ex eâ ſolùm de rebus Religionem ſpectantibus, feratur iudiciũ; omninò accuſandam, ac his aliisque pluribus calumniis, ab eius lectione & ſcrutatione, ſimpliciores deterrendos eſſe exiſtimant. Quas ipſorum artes, non quidem Catholicorum illas, ſed, vt oſtendit Beatus Irenæus, Hæreticorum potius, cum intelligerẽt viri pii ac docti, occurrendum maturè, & ab iſtis ſimilibusque criminationibus SCRIPTVRAM vindicandam eſſe arbitrati ſunt. Non eget quidem DEI VERITAS vllius per ſe patrocinio; ipſa enim ſatis aduerſus omnem Satanæ rabiem ſe tuetur ac defendit: ſed cùm permulti ſenſus non ha-

a Bellar. lib. 4. De verbo Dei, cap. 3.
b Idẽ de verbo Dei libr. 3. cap. 1. & rurſum Lib. 4. cap. 4.
c Idem ibidẽ lib. 2. cap. 2.
d Cenſura Colonienſis, p. 20. quæ ſuperiores etiã habet in Scripturam calumnias.
e Ioann. 17. cap.
f Ioan. c. 5.

Irenæus inter Hæreticorum accuſationes, quib. Scripturam conuicti accuſabãt, eaſdem ferè habet, quas à Põtificiis adferri dixi.

beant, vt loquitur Apoſtolus, exercitatos, & ſe perfacilè criminationibus eiuſmodi moueri patiantur, ab hominum mendaciis propter ipſos fortiter eſt aſſerenda.

Heb.5.v.ult.

Aſſeruerunt eã noſtrâ memoriâ, cùm alii plurimi, tum verò D. HVGO BROVGHTONVS eo libello, quem à me ex Anglico translatum, Amp. tuæ nunc offero humiliter. Oſtendens enim totius SCRIPTVRÆ ſacræ inter ſe CONCENTVM & HARMONIAM, Perfectam, Claram, vbiq; Incorruptam, ac proindè non errorum cauſam, (quod in Deum contumelioſè dicitur,) ſed ſalutaris omnis cognitionis ac ſcientiæ, docet eſſe diuinum ac ſalutare inſtrumentum. Et verò eius tantum abeſt, vt ſacræ Literæ hæreſeon cauſa eſſe queant, vt contrà ſit certiſſimum, neminem, qui eas nouerit, poſſe Pontificiis erroribus eſſe addictum. Nam qui didicerit, quod ex illarum lectione quiuis poteſt: primùm, ROMAM eſſe vrbem illam, quæ Dominum gloriæ crucifixerit, Apoc. XI, ac ob id præ aliis omnibus totius Orbis à Deo eſſe maledictam, Apo.17: Deindè, PETRAM, Matth.16. verſ.18. non eſſe Petrum, ſed צור, Θεὸν, Κτίστην, vt Deut.32. ſæpius, Pſal.18. 2. Sam. 22. 1 Petr.4. & alibi paſſim in Scripturis, (quæ nũquam illud nomen creaturæ in laudem tribuunt:) næ ille actutùm BABYLONEM

D.Chryſoſt. Prologo in Epiſtolam ad Roman. *Infinita exorta ſunt mala, à Scripturarum ignoratione: Hinc multa hæreſeon lues pullulauit, &c.*

Tzur Madianita, & Abraham cũ Sara Gentis materies, hus non pertinent.

Ap. cap. 18. verſ. 4. illam myſticam, Deo obſequutus, deſeret; & *Papæ Primatum*, qui in voce *Petræ* fundatus fingitur, abnegabit, hoc eſt, *Papiſta* eſſe deſinet. Præter iſta quæ ad Scripturæ Perfectionem, Perſpicuitatem & αὐτοφθορίαν contra eius Cenſores aſſerendam faciunt, plura alia hoc de *Concentu* eius libro explicãtur vtiliſſima. Atq; hæc cauſa fuit quod Anglicè conſcriptus, ſumma cum acclamatione à ſuis exceptus, & in *Germania*, tum alibi, à veritatis ſtudioſis vehementer fuerit expetitus. Iudicauit tua Ampl.me, Translatione eius bonis quamplurimis ad veritatis cognitionem maiorem aſſequendam, non nullum poſſe adferre adiumẽtum. Id ſi iam cõſequor, (quod opto) & animi mei grati erga A. T. hoc teſtimonium, gratũ ei & acceptum eſſe cognouero, ſatis ſuperque labores meos ſuſceptos, compenſatos exiſtimabo. Deum oro, vir Nobiliſſime, vt indies A. T. magis magiſque omni benedictionum genere cumulet. Francofurti ad Mœnum, poſtridie Kal. Septembr. Anno vltimi temporis, M. DCII.

A. T. addictiſſimus
Iſaacus Genius.

LECTORI BENEVOLO INTERPRES S. DICO.

*E*Xhibeo tibi, Lector beneuole, ſacræ totius Scripturæ CONCENTVM. *Quē vt commendem tibi pluribus, nihil neceſſe eſt.*

Vino vendibili non opus eſt appenſa hedera.

Si breuitatem requiris, breuis eſt: Si varietatem, tātam complectitur, vt maiorē nullus poſſit. Nam præter CHRONOLOGIAM, *quam tibi accuratiſſimā exhibet ab ADAMO primo, ad SECVNDI, Domini noſtri Ieſu Chriſti mortem, hæc habet præcipua. Primū, totius Symboli ſummam in ADAMO: qui ea accepit à Deo, & credidit omnia, quæ ad ſalutem tenenda & cuiuis fideli credenda ſunt. Deinde, ſedes SEPTVAGINTA illarum Familiarum oſtendit proprias. Quas ſi quis in Scripturæ Lectione diligenter obſeruet, non paruam ei Lucem adferent. Tertiū γνησίως Domini noſtri PATRES ſecundum carnem: Circa eos à multis dudum erratum fuit, & periculoſe, deducentibus Dominum ex Salomone Regibusq́; impiis: cum tamen Deus* Iechoniam *ἄτεκνον fore iuramento aſſeuerauerit, Ier. 22. & D.* Lucas *NATHANIS (qui ob promiſſionē de Chriſto factā à Dauide ſic nominatus eſt) filium eſſe doceat euidentiſſime. Hîc itaque* Matth. *&* Lucæ *ſimul exhibetur* Conciliatio, *oſtenditurque* Iakimum *Genealogiæ à Matth. non fuiſſe inſertum; ac proinde malè contra conſenſum mille quingentorum annorum, ex vno & forte altero codice fuiſſe repoſitum. Quartum quod exhibet, idque fere vbique, eſt prophetiarum Veteris teſtamenti cum euentis comparatio &*

Digitized by Google

conuenientia; quæ ſacræ Scripturæ addit contra ἀδίκως *authoritatem, & ſuauem piis reddit hanc harmoniam. Denique, ne plura adferam, Hebraæ in Veteri, & Græca, in Nouo Teſt. oſtendit* ἀδιαφθορίαν. *Exiſtimarunt multi Marginales Lectiones, quæ numero ſunt 848. eſſe corruptionum factarum in Babylonia indices, atque in hac ſententia fuit etiam* Kimchius. *Verum quantum à vero aberrauerit, R.R.* Barbinel *&* Elias Leuita *ſatis oſtenderunt, & ipſe* Kimchi, *ſui immemor, firmiſſimas vtriuſque lectionis rationes ſæpe adfert. De Nouo Teſt. minor eſt controuerſia. Sunt quidem in eo loci aliqui, quos non recte habere viri aliàs docti ſuſpicati ſunt: Sed ſi res conſideretur accuratius, ab ignoratione potius has ſuſpiciones, quam ſcientiâ proficiſci apparebit; cum certum ſit, vt videbis, locos iſtos Act. 7. & 13. item Gal. 4. & ſi qui ſunt ſimiles, nullum mendum, ſed diuinam ſapientiam, vbique continere. Hæc cum intelligerem (Lector) & magnam ex iis ad te redire poſſe vtilitatem, tranſlatione hâc mea (mea inquam maiore ex parte, nam ei plurima Author ſtilo ſuo addidit) tecum communicanda exiſtimaui. Tuum erit, ſtudium meum boni facere. Quod futurum non dubito, ſi hæc legas & relegas, vt intelligas. Quò autem id fiat commodius, de duobus paucis mihi es admonendus. Vnum gemmas attinet, Ex. 28. & Apoc. 21. Tribub. datas, quod additũ editioni ab ipſo authore, facile propter nouitatem contemneretur ab ignorantib. Tenendum itaq; Moſen mandato Dei in duabus* Beryllis *incidiſſe nomina Patriarcharum ſecundum maternas cognationes. Id ſemel dictum, non fuit neceſſe in* λογίῳ *iterare. Planum enim erat quis lapis cui Patriarchæ conueniret: Nempe* Sardius, *Rubeni: Symeoni,* Topazion; *Leui,* Smaragdus; *Iudæ,* Chalcedon; *Iſſachari,* Sapphirus; *Zabuloni,* Sardonyx; *Dani,* Leſchem *vel* Hiacynthus; *Nephthalimo,* Chryſopraſus; *Gado,* Amethyſtus; *Aſeri,* Chryſolithus; *Ioſepho, Beryllus: Beniamini,* Iaſpeh *Ebræum, ſiue* Iaſpis. *Hunc ordinem tradunt Tharg. Ieruſ. & Targ. in Cantic. Midras Rabba, atque etiam gloria RR. in* Mikdas *&* M. S. *opere de myſteriis*

gem-

gemmarum, Maimonides: Bachaias & Eleazar Wormatienſis, qui etiam in Leſem & Dan ludit ſatis argutè apteque: denique alii quos habemus MMSS. Quod verò tantam ad hanc rem citamus teſtium turbam, eò fit, quod ſuppoſititius Ben Vziel *λευιτοτακτεῖ, qui meminit Conſtantinopoleως, cùm tamen D. Paulo coæuus habeatur. Ne quem igitur ille turbaret, nubes teſtium contra ipſum fuit adducenda. Iam vero Græca nomina quod attinet* APOCALYPSEωS 21. *octo ſunt ex* LXX. *Interpretibus, in* Exod. 28. *vnde ſcimus qui Patriarchæ illis conueniant.* Iaſpis *autem non Zabuloni, ſed ſuo Hebræo* Iaſpeh *applicatur, & Beniamini, cuius* Onyx *Exod.* 28. *apud Iohannem fit* Sardonyx, *& Zabulonis ordini congruit. Pro* Anthrace *eſt* Chalcedon, *ex Cadceda: Targ. Ieruſ. & Baal Aruc & Kimchius in Eſa.* 54. *memorant. Pro Achate* Chryſophraſus *eſt. Quater itaque correxit S. Sanctus hîc Septuaginta, & oſtendit quadruplicem Hellada, quam tractat author pag.* 127, Communem *puta*, Septuaginta Interpretum, Diuiniorem, *&* Thalmudicam. *Alterum ex duobus, de quibus dixi, eſt, librum hunc, etſi breuis ſit, tamen propter rerum varietatem & difficultatẽ deſcriptionis, & excuſionis, non potuiſſe tam accurate exhiberi, quam optaſſemus. Irrepſerunt itaque nonnulla errata, quæ tu, mi Lector, & meâ & tuâ causâ ante quam legas, ſi placet, corriges: & quia, quòd ſpatium non ferret paucula pag.* 71. *omiſſa ſunt, ad An. Mundi* 2904. *hæc adſcribes*: In diebus Saulis, Rubenitæ, Gaditæ, atque Dimidia Tribus Manaſſis, Hagarenos Ituræos deprædati ſunt, & ſedibus expulerunt, quas tenuerunt vſque ad Tranſmigrationem, 1. *Paral. cap.* 4. * *In margine autem huius textus, iſta.* Hîc verè rubent Sardius & Amethyſtus, vt ἰπόρφυρει Danis Hiacynthus, & rubebit in Seir atque Minnæis Symeonis Topazion.

Τοπάζιον ἰ-χυθεὸν ἐστί, καὶ ἰοειδὲς τοῦ αὐ-θερίου. Andr. Caſ. in Ap. 21.

De his, Lector, mihi breuiter erat monendus. Notas, (quarum hæc † inter lineas, ſunt incerti temporis, iſta, ☞ è regione eſſe aliquid, quod ad id, de quo agitur, pertinet, indicant) modum item Lectionis, tute per te ſatis intelliges. Iam igitur hiſce mecũ fruere, & vale.

ELENCHVS AVCTORVM, QVIBVS AVCTOR IN CONCENTV HOC CONCINNANDO vſus eſt.

Biblia Maſſoritica.
Verſio LXX.
Nouum Teſtamentum Græcum.
Verſ. Arabica vtriuſq; Teſtamenti.
Verſ. Syra N.T.
Verſ. vulgata.

ARABES.

Arabs Geographus, impreſſus Romæ.
Arabs Maimonides in Morch Nebuchim.

RABBINI HEBRÆI.

Abraham Aben Ezra.
F. Dauid, author Kabalæ.
F. Iſaak.
F. PeritZol.
Zacuto.
F. Sebang in Zeror HaMor.
Baal Aruc. hoc eſt, dictionarium linguæ Babyloniæ ad Thalmudam.
Babyloniæ lingua Thalmuda.
Bochaias: vel Bechaias.

CHALDÆI PARAPHRASTÆ.

Onkelos in legem.
2. Νόθος F. Uziel: qui meminit Cõſtantinopoleos: quum Uzielides uetus ſit 300. annis antiquior.
3. Thargum Ieruſalemi.
4. Ionathan in prophetas.
5 Thargum Eccleſiaſtæ.
6. Thargum Cantic.

Col-Bo. ſeu Pandectæ.
Dauid Kimchi.
EleaZar, author Pirke Aboth.
EleaZar Wormatienſis, M.S. qui tamen floruit ante 400. annos.
Elias Leuita.
Hieroſolymæ lingua Thalmuda.
Ieſaias in libr. Iud.
Iſaak Ben Arama in Moſen.
Leui Ben Gerſon.
Maſſoritarum diuinum opus.
Midras Rabba in Moſen.
Midr. Rabba Lament.
Midras Tillin.
Moſes Maimonides in Thalmudâ Hebreâ & in M.S. Libro de myſteriis duodecim gemmarum.
Moſes F. Nacheman Gerundenſis.
Sadaias. Salomon Iarchi.
Seder Olam.
Tanchuma.
Zohar.

GRÆCI.

Abydenus.

Æſchy-

Æſchylus cum ſcholiis.
Agathias in Perſicis.
Alexander Polyhiſtor.
Andreas in Apocalypſin.
Aphricanus.
Apocrypha Machabæorũ. Aratus.
Archontes Apollodori.
Arethas. Ariſtoteles.
Arrianus.
Athanaſius.
Athenæus.
Baſilius.
Beroſus Chaldæus.
Bion.
Cedrenus.
Clemens.
Chryſoſtomus. Cteſias.
Diodorus Siculus.
Dionyſius Halicarnaſſeus.
Dionyſius Afer.
Epimenides. Epiphanius.
Eulogius Patriarcha, ex Photio.
Euſebius.
Galenus.
Gregorius Nazianzenus.
Herodotus.
Heſiodus.
Homerus. Iuſtinus Martyr.
Ioſephus.
Laertius.
Lucianus.
Menander Hiſtoricus.
Menander Poeta. Nicephorus.
Numenius.
Oecumenius. Oneſicritus.
Pauſanias.
Philo Iudæus.
Phlegon: cuius Fragmẽtum eſt Londini impreſſum.
Pindarus cum ſcholiis.
Plato. Plutarchus. Polychronius.
Procopius in Eſaiam.
Ptolemæus in Almageſto.
Sanchuniathõ, Chananæus: donatus Græcia per Philonem Byblium.
Sibylla. Sozimus. Strabo. Suidas.
Theodoretus. Theodorus.
Theophylactus.
Zonaras.

LATINI.

Abbas Vrſpergenſis.
Adonis. Albertus magnus.
D. Auguſtinus.
Auguſtinus Steuchus. Baldus.
Beda. Bellarminus.
Benedictus à Coltis.
Bernardus. Bibliander.
Caluinus. Carthuſianus.
Cenſura Colonienſis. Cicero.
Donatio Conſtantini. Curtius.
Florus. Gagnæus. Gomezius.
Gloſſa ordinaria.
Gulielmus Tyrius. Hieronymus.
Horatius. Irenæus. Iuſtinus.
Ius Canonicum.
Lactantius. Liuius. Oroſius.
Mercerus. Ouidius. P. Æmilius.
Plinius. Rabanus. Rhemiſtæ.
Sigibertus. Tertullianus.
Tremelius. Valerius Maximus.
Virgilius.
Volaterranus. Xylander.

Digitized by Google

DE FAMILIIS ORTIS EX NOE FILIIS, EIVSQVE NEPOTIBVS.

QVO facilius ad hiſtoriæ & Chronologiæ ſacræ intelligentiam perueniamus; nonnulla nobis hîc breuiter præmittenda ſunt. Inter illa, CAPITA Familiarum NOE, quæ firmamenta ſunt narrationum, per vniuerſum Scripturæ corpus, frontiſpicium ſibi iure vendicant. Ea MOSES & EZRAS ita deſcribunt accuratè, vt notent, quomodo ſimiles figurâ litteræ, variis nominibus occaſionem dederint, & ex vnico, duo facta ſint: vt *Rhodanim* ex *Dodanim*. Prophetæ quoque alii, aliquot ex ſingulis Familiis adferunt, & ſic eas inter ſe coniungunt, vt ex illuſtrioribus, obſcuræ cognoſci poſſint. *Ezechiel* capite vigeſimo ſeptimo, vbi de negotiatione variarum nationum cum Tyro, non exiguum earum adducit numerum. Adeò, vt ibi ex ſignis non ambiguis, ſedes, quibus conſederunt, facilè quis dignoſcat: Idem Propheta plures *Iapetionidarum*, (vt vocat Heſiodus) inter Græcos, primos Iſraelis diteſcentis à reditu turbatores, numerat; adiectis nonnullis ex SEMI & CHAMI familiis, ad maiorem antiquiſſimi ſitus ipſorum certitudinem. *Eſaias*, *Ieremias*, *Daniel*, *Naum*, *Abbakouk*, *Sophonias* & *D. Lucas*, alias habent. Sæpius etiam de Familiis Chananis, & EBERI nepotibus ſermo incidit. Ipſi quoque Ethnici clarè oſtendunt, DEVM, nullis ἀμάρτυρον, calamorum ſuorum fuiſſe ductorem, quatenus Gentes iiſdem nominarunt nominib. ſedibusque locarunt, quibus à Moſe & vocatæ, & collocatæ

ד & ר magnam habent ſimilitudinem.

ſunt. Id vt ſit manifeſtius, proponam nomina Hebræa Familiarum Noe, quæ acenteta, variè poſſunt enunciari, prout etiam vulgus oſtendit Interpretum. Adiiciam etiam alia, quæ apud authores exſtant Ethnicos, ad ea maxime accommodata. Vbi videbit prætereà linguarum peritus, quomodo Antiqui, vocales & conſonantes commutare conſueuerint. Qua in re Pythagoras ſummam ſapientiam ſitam exiſtimabat; † ſi nimirũ, infinitos vocis ſonos paucule litterarum notæ terminarent. Initium facturus ſum à Filio Noe natu maiore, oſtẽſurusque quomodo in regionibus, familiis, regibus, montibus & fluuiis, (quæ res antiquitatẽ continent optimè,) nomina ipſorum remanſerint.

† *Plato in Cratylo ob hanc ſcientiam maximã ſuam laudẽ nactus eſt.*

יפת.		IAPHETH.	Ἰαπετός. Heſiod.
		Filii eius.	
גמר.	1	Gomer, ſiue *Gamer* apud L X X.	Καμαρῖτα, Κιμμέριοι. *vtrunque apud Dionyſ. Geograph.*
מגוג.	2	Magog	*In Plin. itẽ* Iagog *&* Magog *apud*
מדי.	3	Madai	Μῆδος. (*Arab. Geograph.*
יון.	4	Iauan.	Ἰάων, *Æſch.* Ἰάων ποτ. *Dion.*
תובל.	5	Thybal.	Τιβαρηνοὶ, Θαλβίς: *& propter litterarum* ת *&* ח *ſimilitudinem,* Χάλυβες.
משך.	6	Meſhech.	Μόσχος, Μάζακα.
תירס.	7	Thiras.	Θρᾷξ, Τρῆρες, Τρώς. *Strab.*

FILII GOMERI.

אשכנז.	8	Aſcenas ſiue *Axenas.*	Ἄξενος πόντος, Ἀσκάνιος ποτ. *Atque Reges, hi omnes circa Pontum. ſic* Ierem. 51.
ריפת.	9	Riphath.	Ῥιφαθαῖος, *Ioſephus.* Ῥιφαῖοι *montes, non procul ab altero.*

תוגרמה.

Digitized by Google

תוגרמה.	10	Thogarma. LXX. *Thorgama.*	Τιγράνης. *Reges Armeniæ. Turcæ apud Plinium proximi ſunt.* Ἰύρκαι *in Herod.* Τρωκμοὶ, *Ptol.& illi de quibus* Ezech.38.

Hi omnes in Aſia primùm conſederunt, & poſtea verſus Septentrionem & Occaſum Moſcouiam & Germaniã; nonnulli etiam paruis cœtibus in noſtras regiones proceſſerunt. Sed ſcriptura antiquas illorum & indubitatas ſedes memorat.

Filii IAVAN, *cuius nomen pro Græcis paſſim vſurpatum reperias Æſchy.Perſ. & apud Interpr. Arabem & Syrum.*Rom.cap.1.

אלישה.	11	Eliſha.	Αἰολεῖς, Ἑλλάς.
תרשיש.	12	Tarſhiſh.	Τάρσος: *ad mare. Fortè etiam hinc* Tarteſus.
כתים.	13	Cittim. *Num. 24.Eſ.23.Dan. 11.*	Κήτιοι, Μακετία. *Secundum antiquos Græcos* Cilicia *&* Cypr⁹: *In S.ſacra verò* Macedonia & Italia *ſunt* Cittim.
דדנים	14	Dodanim ſiue *Rhodanim.* qđ nomẽ oſtẽdit litteras Hebręas ד & ר eaſdem nũc eſſe, q̃ olim fuerũt.	Δώδων, Δῶρες *&* Ῥόδιοι *apud Græcos Interpr. Hoc nomen, vt &* Thiras *&* Riphat, *nõ occurrunt pro Gẽtibus apud Prophetas: qui omittunt vnũ ex ſingulis familiis & curioſitatem vitant.*

FILII SEMI.

עילם.	15	Elam. *Eſa.21.*	Ἐλαμίται, *Act.1.* Ἐλυμαῖοι.
אשור.	16	Aſſyr.	Ἀσσύρ.
ארפכשד.	17	Arphaxad.	Καδούσιος, *ex parte poſteriore nominis Hebræi.*

Digitized by Google

לוד.	18	Lyd.	Λυδός.
ארם.	19	Aram.	Ἀραμαῖος, Ἄραμος, Ἄρι-μος. Ῥαμβαῖοι, *Strabo libr.* 16. vt רמים. β, pro μ.

ARAMI FILII.

עוץ.	20	Vs, ſiue *Aus.*	Αυσῖτις, Αυσῖται. *Ptol.*
חול.	21	Chul.	Χόλλη. *Ptol.*
גתר.	22	Gether.	Απεργαλὴ, Αθάρρα, Δερκελών. *Strab.*
מש.	23	Maſh.	Μάσιον, Μυσός.

FILII IOCTANIS.

אלמודד.	24	Elmodad.	Ελδιμαῖος, Ημωδός.
שלם.	25	Shalaph.	Σαλφοὶ, Σελήβιοι.
חצרמות.	26	Hatzarmaueth.	Σαρμάτης.
ירח.	27	Iarach.	Αραχώσιος.
הדורם.	28	Hadoram.	Ινδὸς, Ωρῖται, Ρύμμιος.
אוזל.	29	Vzal ſiue *Auxal.*	Αυζακία, Ωξος, Ωζος.
דקלת.	30	Diklah.	Δικελλεῖον, *Herod.* Θᾶκες *Ptol.*
עובל.	31	Obal, Ghobal.	Οἰβαρεῖς, Καβολῖται. *Ptol.*
אבימאל.	32	Abimael.	Ἄβος καὶ Ιμαοί.
שבא.	33	Sheba.	Συηβοί, Σάβαι.
אופיר.	34	Ophir.	Ὤφαρος πόλ. Ωφαρῖται. *Plin.*
חוילת.	35	Chauila.	*Græcum non inueni.*
יובב.	36	Iobab.	Ιβοὶ, Ιωμὰν τὸ μ, ἀντὶ τοῦ β. καὶ Ἰωβάρης.

Omnes hos, *Chauila* excepto, inueni commemoratos apud celebres Ethnicorum ſcriptores. Arabs Geographus habet חצרמות pro Sarmatia, plane, vt in Hebræo eſt.

חם. CHAM ſiue *AM.* Pſal. 105. Χέμμις, Ἄμμων.

FILII EIVS.

בוש.

כוש.	37	Cuſh.	Κοῦσα πολ. *Arabs Geograph. ſæpiùs habet* Cuſh *&* Cuſha: *quod eſt nomen oppidorum in Barbaria, propè Ægyptum. In Ptolom. fluuii tantum.*
מצרים.	38	Mizraim.	Μέσρα. *Hoc etiamnum Ægypti nomē eſt per Hebr. & Arab.* Geneſ. Matth. 2. Actor. 2. & apud Geogr. *Μέσρα Cedreno.*
פוט.	39	Put.	Πούτα *Ptolom.* Φαέθων.
כנען.	40	Chanaan.	Χαναναία, Χνᾶν, ἢ Χνᾶς ὁ πρῶτος μετωνομασθεὶς Φοίνιξ. Sanchuniathon.

FILII CVSCH.

סבא.	41	Saba.	Σαυώ.	Ἔκγονοι τῶν ἀπὸ Ναχὼρ, Λὼτ, Κέτουρας, Ἰσμαὴλ καὶ Ἠσαῦ, συμμιγέντες τούτοις, ἐποίησαν Ἀράβας ἢ Ἐρεμβοὺς, τουτέστι συμμίκτους.
חוילה.	42	Chauilah.	Ἄουιλα.	
סבתה.	43	Sabatha.	Σαύβαθα.	
רעמה.	44	Regmah.	Ῥέγμα.	
סבתכא.	45	Sabtecha.	Σαβακός.	

FILII REGMHÆ.

שבא.	46	Sheba.	Σαβαῖοι, Ἀσαβώ.
דדן.	47	Dedan.	Δέδεβαι ἴσως *Strab.*

FILII MIZRAIM.

לודים.	48	Ludim.	Λάθων καὶ Λαοὺδ, πολ.
ענמים.	49	Anamim.	Νοῦβαι, Νουμίδαι, Ἄνουβις, Ὄνουφις.
להבים.	50	Lehabim.	Λίβυες.

Digitized by Google

נפתחים.	51	Naphtuchim.	Ναθὼ, Ναβάθραι.
פתרסים.	52	Pathruſim.	Φαρύσιοι.
כסלחים.	53	Caſhluchim.	Ξυλικεῖς.
כפתורים.	54	Caphtorim.	Καφὰ, καὶ Θάλα. Σιθροῖς.
פלשתים.	55	Philiſtim.	Παλαιςῖνοι.

Sic Ethnici referunt hæc *Patriarcharum* monumenta, ſtri-ctè magis literas ſingulas exprimẽtes, quã in vertendis nominib. propriis in aliam quamvis linguam, plerumq; fieri ſoleat. Qua ratione ſe ad Moſen imprudentes reuocant; ex quo diſcant, Πῶς ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Circa has familias verſatur omnis hiſtoria Hebræa: adeò, vt quis animaduertens cum quot ex ipſarum numero, Deus Iſraelis ſui cauſa, apertè egiſſet: eâdem operâ vidiſſet, quo tempore hiſtoria illius complenda, & Dominus noſter in carne foret manifeſtandus. Non minus, quam ex iactis fundamentis, de magnitudine ædificii totius, ac ſpacio quo ad faſtigium deduci queat, architecturæ peritus iudicet. Prçterea, omnis Ethnicorum doctrina ab his ſuam habet originẽ. De Diis ipſorũ res ipſa loquitur. *Iapetus*,[a] *Derceto*,[b] *Ammon*,[c] *Cœum*,[d] *Anubis*,[e] *Alilat*,[f] & alii plerique. Ipſorum etiam de antiquitate iactantia, poſtquam terra principio aquis coopta fuiſſet, vt apud *Diod. Sicul.* * Æthiopia, Phrygia, Athenæ, ab his occaſiones ſumunt ſibi primatum vendicandi. Denique, omnis regnorum fama, quæ eſt apud illos; omnes ipſorum inuentiones, artes, fabulæ, hinc profluxerunt: quæ ſingula, hanc narrationis Moſis partem celebrant.

a *Heſiodus.*
b *Strabo.*
c *Ouidius.*
d *Vergilius.*
e *Strabo.*
f *Herodot.*
* *Libr.* 1.

QVI SCRIPTORES SACRI DOCEANT locare gentes.

GEntium ſedes variè docentur. Mercaturæ, vt antea dixi, aliquando bellorum, vt *Ezech.* 37. & *Ierem.* 51. Interdum etiam fa-

iam factâ mentione vocationis ipſarum ad Euangelium, vt *Eſa.* 66. Hæ cum Tyro mercaturas fecerunt: *Meſhech, Tubal, Togarma, Iauan, Eliſha, Tarſhis, Cittim, Aram, Dedan, Sheba, Regma, Put & Lud.* Ad Σελευκιδῶν bella hæ veniunt, *Ezech.* 38. *Gomer; Magog, Paras* ex *Elam*; autor *Paraſia* & *Perſia, Madai, Meſhech, Tubal* & *Togarma.* Sic *Madai & Aſcanas*: ſiue vt Hebræum genus exprimit ξ, Ἄξενος: quod, vt oſtendit Euſtathius, antiquum erat Ponti nomen; etſi poſteà Græci, & Ouidius Græcum exiſtimauerint, & propter εὐφημίαν *Euxinum* dixerint. *Cuſh* & *Lubim* apud Danielem ad idem bellum accedũt. Sub Babylonio iugo hæ premuntur: *Mizraim, Philiſtim, Dedan, Elam* & *Madai.* Quod verò attinet ad vocationem illarum ad Euangelium, hæ nominantur nationes, *Tarſhiſh, Lud* & *Pul, Tubal* & *Iauan*: quæ extimæ ſunt primæ Diſperſionis. Eſt vbi nomina poſteriora lucem adferant: vt *Ararat* & *Meni* (vnde Armeniæ vox compoſita eſt) coniuncta cum *Aſcana*, ſiue *Axeno Ponto.* Atque inde ſedes Aſcanæ celebris eſt. *Pul* & *Cub* nepotes ſunt: ab altero *Pul* nimirũ, Reges circa Cyrenem dicti ſunt *Ophellæ*, quemadmodum & Lacus *Pal-antias* Plinio: atque ibidem ficta *Pallas.* A *Cub* verò, Κύφη, & Κώβιον ſunt apud Ptolemæum. Sic *Put* iunctum cum *Lud*, & *Lud* cum *Cub*, & *Pul* & *Cuſch* cum *Mizraim*, omnes reddunt ſedes ſuas indubitatas: docetq; nos hac ratione Deus, nullum harum Familiarum nomen apud Prophetas, vſu ſuo carere: nec tamen ab illis curioſè allata eſſe. Filii IAPHETI omnes adferũtur deſignandis nationibus, vno omiſſo ex vna quaque Familia. Etiam *Semi*, ſi Domini noſtri patrem (qui ſublimiorem quæſiuit patriam) quadantenus exceperis, & ei proximum *Lud*: etſi *Lud*, generaliter vtrumque ſub ſe comprehendere poſſit. Ex filiis Ioktanis *Hodoram* nominatur, vt habitationes reliquorum oſtendantur, & *Ophir* quam ſe diffuderint latè arguit. Sic in *Sheba* & *Seba* Pſalm. 72. *Ioktan*, ſemel; *Cuſh*, bis; *Abrahamque*

Is Arphaxad eſt, Luc. c. 3.

Chami & Semi.

ſemel comprehendi poteſt. *Regmha* vtraque familia celebris eſt: & τῦ *Mizraim* melior pars, *Lud*, *Lubim*, *Pathros*, *Caphthor*, *Paleſheth*. Sic Deus πανόμφαιος effundit gratiã in verbũ ſuum, ad illuſtrandum & ornandum glorioſam ſuam filiorum Adami gubernationem. Cumq; Ethnicorum ſtylum ita direxerit, vt nomina populorum attulerint literis & locis conuenientia, cum iis quæ Moſes nobis ſcripto reliquit, vocat nos ad conſiderationẽ curæ ſuæ, quam de regionibus omnib. habet, quæ ſuo tempore ſingulari ex vſu ipſis futura eſt. Hoc, vt ſpero, ianuam non exiguam ad Paradiſum hiſtoriæ ſacrę aperiet, ſi priſca illa Familiarum capita, vnà cum ſedibus, quibus conſederunt, conſiderentur. De nonnullis ex præcipuis poſteà acturi ſumus, atque ex illis de reliquis facilis futura eſt coniectura, vbi primũ cõſederint. Duæ etiã vrbes nobis hîc proponendæ ſunt, cum aliqua explicatione. Altera eſt IERVSALEM, altera ROMA. Ieruſalem in terra Chanaan retinuit *adſpectum pacis æternæ*, donec Chriſtus omnes gentes morte ſua ad fœdus gratiæ adduxit. Morte affectus eſt authoritate vrbis Romæ, poſtquam ab Iudæis fuiſſet abnegatus. Cum vero omnes gentes ab vna vrbe pendere non poſſent, oſtendit per Apoſtolos ſuos nouam *Ieruſalem* è cælo, quæ totius eſſet mundi: veteremque deſtruxit. *Roma*, quod Chriſtum interemerit, ſola eſt inter omnes orbis vrbes, quæ à Deo maledicta eſt, *Ap.* 17. Pontificiis, cum id fateantur, oſtendendum erat, vrbem ſuam contraria benedictione ab hac maledictione eſſe liberatam. Quod quandoquidem illis eſt ἀδύνατον, omnes expreſſo Dei verbo obligãtur, vt apertam eorum pompam, imperium & locum, ſemper maledictum eſſe ſtatuant.

DE TEMPORIBVS, SINE QVORVM COgnitione vera narratio nulla inſtitui poteſt.

TEmpora à creatione ad redemptionem non minus, imò magis, quam præcedentia nobis perpendenda ſunt. Ab illis

illis enim *Concentui* maximum lumen. Clara ſunt autem robore triplici. Primùm toto quodam quinque CATENARVM, quæ inter ſe nexu arctiſſimo connexæ ſunt. Secundùm, certis particulis, quæ quidem roborant ſingulas catenarum iuncturas; integram tamen non conficiunt catenam, ne totum ſuperfluum videatur. Poſtrema tantum certo conſilio duplicatur. Tertiùm clarent ſimilibus *Reuolutionibus*; quæ & planæ, & iucunditatis plenæ ſunt. Totum illud quinque partium, conſiſtit in totidem diuerſis aptisque materiis. Prima, Patrum habet ætates, ab *Adamo* ad *Terachi* obitum. *Terach* ad Idola deſciuit, & honor ille numerandi Mundi annos per Patriarcharum ætates, in ipſo fuit terminandus. Tum PROMISSIO de Chriſto, ſeſe extendit vſque ad *Agnum*, *Templum*, & Iſraelis perſeuerantiam in verâ *Templi* Religione, qui 36. Anni, in Salomonis morte & Regni *Diuiſione* completi ſunt. Tertia Iudæ regnum complectitur. Atque hæ tres Catenæ per populi Dei ſtatũ, ducũtur. Quarta *ſeptuaginta annos* habet Regni Babylonici; ex quibus octodecim plenè exacti ſunt, antequam præcedenti connectatur. Vltima verò, Iudæ tribuit ius in terrâ ſuâ commorandi, donec ſepties exactum ſit ſpatium, quo tyrannidem exercuit Babylonia; anni, inquam, 490. completi; prædicitque Meſſiam tum futurum Regem. Atque hæc, vt antea dicebam, duplicatur, ad rei maiorem certitudinem. Integer enim numerus completur per partes 49. 434. & 7. adiectis hiſtoriis, quæ ſunt quaſi fimbriæ partium illius extremarum. Hæ catenæ omnium oculis expoſitę ſunt: nec minus firmæ, quam ipſum robur Omnipotentis. Et ſanè vnum, ex Mundi mirabilibus habeatur meritò, vllum vnquam Biblia legentem exſtitiſſe, qui eas non viderit, aut modum, quo inter ſe connecterentur ignorauerit. Ipſi Iudæi, vt vt ἀπιστίᾳ excæcati, vbi perfidiæ ſuæ non nimis addicti ſunt, ſingulas rectiſſimè

Digitized by Google

obſeruant. Qui Abrahami profectionem *Charane* affigunt morti, *Therachi* patris eius, nullum dubitationi relinquunt locum, vſque ad *Salomonis* obitum. Et Philo, non ſuppoſititius ille, ſed γνήσιος, narrat, *nullum qui legem legit, eius rei poſſe eſſe ignarum.* Conuenienter ſanè euidentiæ textus Hebraici, diſtinctioni, פרשה: ſimplicitati ordinis verborum: & naturæ rei, de qua ſermo eſt. Templum, quod vnà cum Regno cecidit, rectè à magni nominis Rabbino *Cabalâ Abrah. Ben Dauid*; idque ex vera Iudæorum ſententia dicitur ſtetiſſe quadringentos viginti ſeptem annos: vbi ſimul explicat, qua mente dicant Templum prius annis 410. ſtetiſſe. Nempè hęc ipſis ratio eſt, quod ab eo tempore, quo *Ioakim* in poteſtatem venit Babylonii, Templum ac ſi non fuiſſet, habuerunt. Accidit autem iſtud annis ſeptemdecim exactè, antequam periret incendio.

Captiuitatem quod attinet, ſummopere omnes conſentiunt. De tempore verò definito morti Domini noſtri Ieſu Chriſti, meretur *Aben Ezra*, vt verba, quæ habet ad hanc rem, Hebraicè per vniuerſum Mundum celebrentur. Sic autem habent:

שבועים שבעים חם ממוצא דבר בתחלת תחנוני דניאל ולחתם משיח קדש קדשים.

Hoc eſt: *Septuaginta ſeptimanæ ſunt ab initio ſupplicationis Danielis ad obſignationẽ* MESSIÆ, *(qui eſt Chriſtus) ſancti ſanctorum.*

Atq; hac ratione, totum illud completur ab inuidis Iudęis; adeò vt meritò Chriſtiani mirentur, quomodo hic ſol ipſorum oculis nubilus eſſe potuerit, poſt tam gratioſum imbrem illorum herbæ à Deo immiſſum. Alterum quod attinet, *Particulas* puta, eas tracto ſuis locis. Sed de prima catena hîc agendum eſt. Ductam eſſe per Patrum vitas oſtendi. Decem ex primis, Patres ſunt, non tantum Domini noſtri, ſed etiam Nationum omnium. Dignitas hiſtoriæ ipſorum, reddit illos ſtellas

Digitized by Google

las ſplendore φωσφόρῳ non inferiores. Ter repetitur eorum ætas: quot fuerint annorum, cum genuerunt filium ſuum; quamdiu poſteà vixerint; & quam ſummam iſti numeri additi efficiant. Secundùs ordo indicat, qui nã ſimul vixerint, & quamdiu. |Quod qui bene perpenderint, ſine errore, ſingulas huius catenæ partes, inter ſe nexuërint, quibus hæc à ſequente diſtincta eſt. Eius particulæ ad ſummam non reuocatæ, diligenter notandæ ſunt. *Sexaginta tres* anni inter *Ioſephum* & *Moſen*, non comperiuntur per ſe numerati. Spatium illud memoriæ cauſa voco *Climacterem*, non quærens tamen aliquid Pythagoricũ in ipſo numero, neq; in eo quod magnum ſit inueniens. Annorũ *quadringentorum octoginta* inter Agnum & Templum, 17. tantum, quibus IOSVA populum iudicauit, non exprimuntur. Nulla fit etiam mentio annorum *vndecim ἀναρχίας* in regno Iudæ: vt nec tẽporum vltimi ac penultimi Regum *Babylonia*. Chriſti catena, vt oſtendi, ſingularem ob vſum per partes completa eſt. Reſtat robur tertium, *Similes Reuolutiones*. Plurimæ ſunt, ſiue ad tempòrum interualla maiora; ſiue minora reſpicias. Suis locis lector eas reperiet. Priore loco, in Patrum vitis. Poſteà verò in permanſione in terra & Ægypto: in arca *Noe*, & Templo *Salomonis*: in Sabbatho, & 70. annorum captiuitate, 2. *Chron*. 36. in Iubileis, & Redemptione: bis etiam citatas inueniet à *SS. Stephano* & *D. Paulo*, *Actorum nempè* 7. & 13. ac ſi fuiſſent aperta teſtimonia: dum ille Moſi, hic verò Samueli 40. annos tribuit. Atque hæc de Temporibus, *lucifero* omnis, quæ ex Scriptura inſtituitur narrationis.

Digitized by Google

CONCENTVS SACRÆ SCRIPTVRÆ.

CÆLESTIS Concentus ſcriptorum θεοπνεύστων,
qui librum veritatis nobis conſcripſerunt, ad Fi-
dei noſtræ confirmationem cognitu neceſſarius
eſt: vt videamus conſtantem conuenientiam, va-
Heb. 1.1. riis ætatibus in rebus dictis πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως. Eius rei
gratia, ego hoc libro operam do, vt quædam capita præci-
pua, ducta per vniuerſum ſacræ Scripturæ corpus, proponam.
Apocal. 1.8. Principium ab eo ſit oportet, qui eſt A. & Ω. *principium* & *finis*,
omniaque ſuâ replet bonitate. De ipſo hoc θεώρημα veriſſi-
mū eſt, & ab omnib. fidelibus ὁμολογουμένως exceptum: Deum
vnum eſſe, nec vllum eſſe præter ipſum. Inſculptum eſt hoc portæ
Deut. 6. 4. primi illius & magni mandati: *Audi* ISRAEL, IEHOVAH
Marc. 12. 29. *Deus noſter*, Iehouah, *vnus eſt*. Quē ſi diligimus ex toto corde,
mente, animâ, viribusque noſtris, & beatos illos exiſtimamus,
Pſal. 33. 12. *quorū* Deus eſt Iehouah, oportet vt ſe rectè agnoſcere diſca-
mus. Nomen IEHOVAH, *eſſe* denotat, & hoc ſuum eſſe
1. Ioan. 5. 7. Deus aſſeuérat. Sub hoc nomine & natura, Tres ſunt, *Pater*,
Verbum, & Spiritus S. & hi tres, vnum ſunt. VERBVM filius eſt:
* Ramban Cabaliſta notat in Gen. 34. ex Ierem. 23. 6. & 33. 16. Chriſtū vocari Iehovam.
* atque ille IEHOVAH eſt, vt *Ioannes cap. 12. 41. Eſaiam capit.*
6. 9. exponit. Spiritus ſanctus etiam eſt IEHOVAH, prout
Paulus eundem Eſaiæ locum interpretatur *Act. 28. v. 25.* Hoc
nomen ſic exponitur, *Qui eſt, qui erat, qui futurus eſt*. Iah, & E-
hieh, (*ſum*) eandem cum præcedenti nomine habent vim.
Etſi hominum cæca corda ſic Deum cognoſcere nequeant;
Scriptu-

Scripturæ tamen manifeſtæ ſunt, quæ TRINITATEM docent, & ſanctæ linguæ omnium temporum, ſic de Deo loquutæ ſunt. Planiſſimè id oſtenditur principio & fine prædicationis Chriſti *Mat.3.16.& 28.19.* Hâc de causâ Deus ſibi nomen tribuit * ELOHIM, quod ſignificatione *potens eſt*: formâ, plurale, vt loquuntur Grammatici, ſonatque, ſi more profanorum loqui liceat, *Dii*. Nunquam ſic de ſemetipſo loquutus fuiſſet Deus, niſi nos loquendi formâ ad *Perſonarum diuinarum* conſiderationem deducere voluiſſet. Forma enim eſſet periculoſa, ſi neceſſitas cognitionem diſtinctarum Perſonarum in ESSENTIA diuina non requireret. Hoſtes ipſi myſterium in hâc forma, cum attributis pluralibus agnoſcunt. *Aben Ezra in Pſal.* 11. qui etiam citat *R. Iaphet* in eumdem locum, & *Bochai in Gen.* 1. Hoc nomen habet etiam formam ſingularem *Eloah*, & breuiorem *El*. Quæ formæ ſingulares aptè docent *Deitatis* vnitatem: quemadmodum & altera, vbi attributa eius ſingularia ſunt, vt *Elohim* (Deus) *creauit*. Verum vt ſignificentur diſtinctæ *perſonæ*, aliquando adiecta verba pluraliter efferuntur: quaſi dicas, *illi*, τὸ θεῖον. * *Geneſ.* 20.13. Dii fecerunt, 2. *Samuelis* 7.22. Dii iuerunt.

DEVS etiam ſibi ipſi SHADDAI nomen tribuit, quod ΠΑΝΤΟΚΡΆΤΟΡΑ, Diuitem, & ΑΥΤΆΡΚΗ ſignificat: etſi Græci Theologi non retinent eaſdem litteras niſi in compoſitione TZYRI SHADDAI, *Petra mea Deus eſt*. Ethnici olim de hiſce nominibus inaudiuerant, eaq; variis numinibus tribuerũt. Non autem ſic *Iſrael*. Omnes enim, qui Fidei lumine donati ſunt, tenent, Deum *Eſſentiâ* vnum, *Perſonis* trinum; & *μισθαποδότην omnibus eſſe, quærentibus ſe in ſpiritu & veritate*, qui Spiritus eſt æternus, infinitus, ſanctus, iuſtus & miſericors. *Inſcrutabilia ſunt iudicia eius: ſed quæ reuelata ſunt, in iis nobis acquieſcendum eſt.* Deus elegit nos in Chriſto, antè quam mundus eſſet creatus; & *ἀπ' αἰῶνος nota ſunt ipſi opera*

* *Formam pluralem in* Elohim, *rectè obſeruarunt multi Hebrææ linguæ periti inferre perſonas diuinas: Itaq; ab aliis non fuerat id reprehendendum.*

אלוה. אל.

* *Iudæi increduli obmuteſcũt ad loca tã aperta, vt videre eſt in* Miſſecheth Sopherim, c.4.

Apud eos eſt Ἰευὼ, Ἰαὼ, Ελωείμ, Ἦλος, Σαδδαῖος, ἐλιοῦν ἀντὶ τοῦ עליון.

Vide Euſeb. Præparat. Euang. 2.

*Heb.*11.6.

*Ioan.*4.24.

*Rom.*11.33.

*Deut.*29.29.

*Epheſ.*2.4.5.

*Act.*15.18.

Digitized by Google

ſua. Sex diebus omnia creauit: demum poſt cæteras omnes creaturas, HOMINEM, cui mandatum dedit, quod quam ab ipſo tranſgreſſum fuerit citò, Moſes factâ prius Sabbathi mentione, narrare inſtituit. Dominus die ſeptima quieuit à rebus creandis, eamque diem ſanctæ quieti deſtinarit: quam Patres ante Moſis tempora quoq; obſeruarunt.*

ADAM *autem & vxor eius erant ambo nudi, & non erubeſcebant.* De illis Angelis fuerat præceptum, vt eorum haberent curam: ſed nonnulli ex Angelis non perſtiterunt in veritate, neq; τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν ſeruarunt, ſed de cælo vt ſtellæ deciderunt, & hoſtes generis humani, Deiq; calumniatores facti ſunt. Hebraicè שטן: Græcè verò Δαιμόνια. Inter animalia Serpens erat aſtutiſſimum. Illum ingreſſus Satan, cum muliere loquutus eſt aduerſus Deum, & eius mandatum. Illa ſuaſu Diaboli ſeducta, ſimul induxit virum vt mandatum tranſgrederetur. Ibi verò ambo in peccatis mortui ſunt. Sic à principio,* quã primum homo exſtitit, Satan *fuit mẽdax & homicida.* Quapropter ne mirere, quod Dei ira tam ſit vehemens in *Adamum* per omnes ipſius generationes; quandoquidem celerrimè & vno quaſi impetu in ſummo gradu peccatum eſt. Circumſtantiæ quam citò cõmiſſum ſit peccatum euincunt. Satan nullũ omnino tempus ſibi omittendum exiſtimauit. Mulier ſi meliùs fuiſſet exercita, non tam facilè in errorem abduci potuiſſet. Sermo quem habent, declarat, nullum fructum antea ab ipſis comeſtũ. Proculdubiò mulier virgo cecidit: &, ſi vel breui ſpatio temporis conſtitiſſent, Dei benedictio de propagandis liberis vana non fuiſſet. Inprimis verò hæc ratio conſideranda eſt: quod Redemptio ſtatim à Creatione manifeſtanda erat. Illa ſiquidem ratio aptiſſima eſt ad permouendum homines vt eam amplectantur. Et Deus nihil omittit quod homini ad hoc prodeſſe poſſit. Id omnes mouiſſe debebat, ne in ſe vllam reponerẽt ſpem; quod **Adam* verâ præditus iuſtitiâ & ſancti-tate,

* Rãban *in Gen.* 26 *fol.* 46. & Aben Ezra *in* 20. *cap. Exodi.*
Pſal. 91.31.
Ioan. 8.44.
1. *Ioan.* 3.8.
2. *Pet.* 2.4.
Iuda 6.
Epheſ. 2.1.
* *Syrus Ioan.* 8.44. *habet* Men Berishith, *hoc eſt, ſecũdum omnes* RR. intra dies creationis.
Menachem *in cap. tertiũ Geneſ.*
Iuſt. Martyr aduerſus Tryph. & Epiphan.
Calu. in caput tertium Gen.
Eſaia 5.4.
* *Illud Pſal.* 49. *Clem. Talm. San. Nathan, Menachem & Midras Tillim, de Adamo dictũ ſentiunt.*

tate, ne quidem nocte vnicâ in honore diuerſatus, ſed iumentis, quæ intereũt, ſimilis factus ſit. Lux quæ lucet in tenebris, adduxit eò omnium religionum homines, vt hoc ſentirent. Vbiq; enim locorum hæc ſententia recepta fuit, *Cecidiſſe hominem ipſo creationis ſuæ die.* * Sic Iudæi omnes: non memini quemquam legere, nec de quoquam audire, qui eſſet in alia ſententia. Et tamen multi ex ipſis non vident, quàm aptè dicant pro Redemptione per ſecundũ Adamum. Ex Ethnicis * Chriſtiani, ſemper ſic ſenſerunt. Inter Græcos *Irenæus, Chryſoſtomus, Theodor. Theophylactus*, & *Cedreni* ætas. Tritum eſt illud inter ipſos de Adamo etiam hodiè: ᾗ ἡμέρᾳ ἐπλάσθη ϗ ἐξεπλάσθη. Quid Patres memorem Latinos, Auguſtinum, Bernhardum & pleroſq; alios?* Ipſum vulgus Doctorum ſic ſentit, & docet. ADAM meliori iure quam IOB, diei quâ formatus fuerat maledicere potuiſſet; & tamen eâdem CHRISTVS Redemptor promiſſus eſt. Hâc occaſione ADAM mulierem VITAM vocat; preſcius, quod illa à morte redempta, futura eſſet mater liberorum, qui per CHRISTVM æternùm eſſent victuri. Infantium στοργὴ erga ſuas matres, mouere debebat eos ad huius rei veritatem explorandam. Suo loco idem mihi erit repetendum. Atque hinc, vſque ad Chriſti mortem, proponam iuſto annorum ordine, Mundi decurſum, repetẽs hęc poſteriora de *lapſu* ſubito, & dulci *Redemptione*.

* *Rambam Merechelek 2. Pereck 30.*

* *Bibliander Præfat. in Chron.*

* *Aures habent delicatas, menteſq; miras, qui hac curioſitatis inſimulant.*

ADAM LABITVR ANTEQVAM MVLIER EVA vocetur, Chriſtusque promittitur deſtructor operum Diaboli.

ADAM.													
130	Seth naſcitur Gen.5.3.												
235	105	Enos naſcitur Gen.5.6.											
325	195	90	Kenan naſcitur, Gen.5.9.										
395	265	160	70	Mahalaleel naſ. Gen.5.									
460	330	225	135	65	Iared naſcitur, Gen.5.								
622	492	387	297	227	162	Henoch naſcitur Gen.5. Septimus ab Adamo.							
687	557	452	362	292	227	65	Mathuſelah n. Gen.5.21.						
874	744	639	549	479	414	252	187	Lamech naſ. Gen.5.25.					
930	800	695	605	535	470	308	243	56	ADAM mor. Gen.5.5.				
987	857	752	662	592	527	365	300	113	HENOCH aſſumitur, Gen.5.				
1042	912	807	717	647	582	Solis dies, Enochi vita.	355	168	SETH moritur, Gen.5.8.				
1056		821	731	661	596		369	182	Noah naſ. Gen.5. Decimus ab Adamo.				
1140		905	815	745	680		453	266	84	Enos moritur, Gen.5.11.			
1235			910	840	775		548	361	179	Kenan moritur. Gen.5.14.			
1290				895	830		603	416	234	Mahalaleel mor. Gen.5.17.			
1422					962		735	548	366	Iared m. Gen.5.20.			
1536	Patientia Dei expectans 120. An. quibus Sp. Chriſti prædicauit, dum appararetur Arca ſpiritibus, qui nunc ſunt in carcere. 1.Petr.3. Zohar, col.181.						849	662	480	CXX. annorũ initium, Gen.6.			
1556							869	682	500	20	Iapheth nat. Gen.5.32.		
1558							871	684	502	22	2	SEM n.	
1651							964	777	595	115	93	93	Lamech moritur.
1656	Mathuſelah m. Gen.5.27.						969		600	120	100	98	Diluuium.

Circa tempora Natiuitatis Enos, religio corruptiſſima eſt, contractu matrimoniorũ cum Cainitis. Fideles filii Dei dicuntur, Ioan.1.12.

Digitized by Google

VITA HOMINIS ET ROBVR DImidiata: vnde NOE vino deceptus: nec illud tum primum inuentum.

Mundi	Noe	Semi	Diluuii											
1658	602	100	2											Arphaxad n. *Gen.* 11. * — *Noah prænũciat benedictionẽ per Christũ SEMO, & Iapheti tẽtoria futura SALEMI. *Gen.* 9. Cham maledictus est vſq; ad minimum natu filium *Chanaan*.
1693	637	135	37	35										Selah n. *Gen.* 11.
1723	667	165	67	65	30									EBER n.
1757	701	199	101	99	64	34								Peleg. n. Babel ſtruitur per Chami maledictionẽ, domus *Nimrodi*, *Mich.* 5. 6. L XX.
1787	731	229	131	129	94	64	30							Regu — Familiæ diſtinguuntur linguis 70. & hominum ętas rurſum dimidiata eſt.
1819	763	261	163	161	126	96	62	32						Serug
1849	793	291	193	191	156	126	92	62	30					Nahor naſcitur.
1878	822	320	222	220	185	155	121	91	59	29				Terah n. *Gen.* 11. 24.
1996	940	438	340	338	303	273	239	209	177	147	118			Peleg. vlt.
1997	941	439	341	339	304	274		210	178	148	119			Nahor
2006	950	448	350	348	313	283		219	187		128			Noah m.
2008		450	352	350	315	285		221	189		130			Abram n. in Vr, prope Charanẽ, occupatâ à Chaldęis.
2018		460	362	360	325	295		231	199		140	10		Sarai n.
2026		468	370	368	333	303		239	207		148	18	8	Regu vltimus.
2049		491	393	391	356	326			230		171	41	31	Serugi vlt.
2083		523	427	425	390	360	Terah moritur.				205	75	65	Peregrinatio & promiſſio.

Philo. lib. Περὶ ἀποικίας. οὐδένα τοίνυν τῶν ἐντετυχηκότων τοῖς νόμοις ἀγνοεῖν εἰκός, ὅτι πρότερον μὲν τῆς Χαλδαϊκῆς ἀναστὰς γῆς Ἀβραὰμ ᾤκησεν εἰς Χαρράν. Τελευτήσαντος δὲ αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐκεῖθι, καὶ ταύτης μετανιστάμενος ὡς δυοῖν ἤδη τόπων ἀπόλειψιν πεποιῆσθαι.
Idem Abrahami ætate. Εἰκότως οὖν καὶ τὴν αἰσθήσεως χώραν, ὄνομα Χαρράν, ἀπολιπεῖν οἴεται δεῖν ὁ ἐπιστήμης ἵμερος. Ἀπολείπει δὲ ἐτῶν γεγονὼς πέντε καὶ ἑβδομήκοντα.

	76			PROMISSIO *datur*, Chriſtum
	77			*futurum Abrami filium ſecundũ car-*
	78			*nem*, Gen. 12.35. *Idque, teſte Apoſtolo,*
	79			*ad* Gal.3. 17. annis quadringentis
	80			triginta *ante latam Legem.*
	81		†	SEM *in Chanaan dictus* Melchi-
	82			ſedec, *Rex Salemi, typus Filii Dei, be-*
	83			*nedicit Abramo*, Geneſeos capit.
	84			14. verſ.19.
10	85			HAGAR *ancilla Ægyptia datur*
	86			ABRAMO, Gen. cap.16. v. 2.
	87			
	88			ARPHAXAD *natus annos* 438. Ge-
	89			neſeos 11.v.13.
	90			*Iuſtus Loth* καταπονούμενος ὑπὸ
	91		†	τῶν ἀθέσμων, 2.Petr. 2. v. 7.
	92			*Hic Chami maledictio vſque ad*
	93			CHANAAN *apparere incipit. Deriſit*
	94			*ille paternã nuditatẽ: turpitudo fœdiſ-*
20	95			*ſima viciſſim in eius poſteris animad-*
	96			*uerſa eſt. Exemplũ horribilis pœnæ ſub-*
	97			*eundæ omnibus qui immunditiem dili-*
	98			*gunt in igne inextinguibili, ꝓponitur in*
	99			Sodomæ & Gomorrhæ *euerſione.*
	100			ISAAC *naſ.* Gen.21. *Septimus ab*
	101	1		EBERO. Non omnes ſunt filii,
	102	2		qui ex patre ſunt Abrahamo: ſed
	103	3		in Iſaac vocabitur tibi ſemẽ, *Rom.*
	104	4		*cap.9. & Gen.21. verſ.14.*
30	105	5		ISMAEL & HAGAR *exigun-*
	106	6		*tur Abrahami domo*, Gen. c. 21.14.

Quem-

Digitized by Google

ANTE Natiuit.

LEX quæ poſt annos 430. lata eſt,
nō poteſt pactum facere irritū, vt abo-
leat Promiſſionē. Gal.3. Senear ſeruit
Elamo: Ellaſar & Tidal vnà cadūt
corā Abramo. Eadem gentes pugnant 1840
cadūtq; corā Hebræis, Dan.7. Vbi ſunt
2090 Beluę quatuor turbulentæ, quarum
imagines coniunctæ in vnâ, ROMÆ
ſunt ſymbola, quæ cadit Chriſtianos, ſi-
cut Citti Eberū caſurus erat. Nū. 24.

ISMAEL naſ. Geneſ. 16. ſcri-
ptum eſt Abrahamum duos ha- 1
buiſſe filios, vnum ex ancilla, & v- 2
num ex libera. Hæ ſunt duo Teſta- 3
menta, Sina & Ieruſalem. Fides im- 4 1830
putata eſt Abrahæ cum eſſet adhuc 5
2100 in præputio. Poſteà accepit σφρα- 6
γῖδα iuſtitiæ præcedentis ſuæ Fidei, 7
vt eſſet pater omnium creden- 8
tium, tam eorum qui in præpu- 9
tio, quā qui in Circumciſione, vt 10
imputetur etiā ipſis iuſtitia, Rom. 11
cap.4.verſ.10. & 11. 12

ABRAHAM & ISMAEL circum- 13
ciſi, Geneſ.cap.17.v.16. 14 1820

MOAB Chriſti proavus naſcitur; 15
2110 & AMMON Regum Iudæ, Gen.19. 16
17
18

Hic, non primo Iſaaci anno incipi- 19
unt primæ ſeminis Abrahami affli- 20

Sen. Chald. Dan. 1. Elam, Perſæ. Ellaſar, Syria. Tidal Goim, Pāphilia, Ptolemæi & Seleucidæ.

Rambaa notat irriſionē Iſmaelis fuiſſe cōiunctam cū contentione de hęreditate.

Iſmael ex SEMO, Chuſh autem Chami primogenitus eſt.

	107	7	Quemadmodum tunc is qui
	108	8	ſecũdũ carnẽ genitus fuerat, per-
	109	9	ſequebatur eumqui natus erat ſe-
	110	10	cundum ſpiritum : ita & nunc
	111	11	fit. Sed quid dicit SCRIPTVRA?
	112	12	Eiice ancillam & filium eius: non
	113	13	enim erit hęres filius ancillę cum
	114	14	filio liberæ, ad *Galat. capite* 4.
40	115	15	*verſu* 29.
	116	16	
	117	17	
	118	18	SELÆ *vltimus. ætatis ſuæ* 433.
	119	19	Gen. c. 11. verſ. 15.
	120	20	ISMAEL *habet duodecim Ducatus*
	121	21	*in terra Chuſh. in eo Sem dominatur*
	122	22	*Chamo.*
	123	23	*In hodiernum diem Iſmaelitæ ad-*
	124	24	*hærẽtes Mahumeto, ſunt Eccleſiarum*
50	125	25	*flagella ob ipſarum idololatriam; de-*
	126	26	*ſcribunturque* Apoc. cap. 9. *Ad Eu-*
	127	27	*phratem enim Turcæ & Iſmaelitæ*
	128	28	*infenſi Mahumedo, filio Imbraelis*
	129	29	*Regis Babyloniæ, coniunctis viribus*
	130	30	*inuadunt* Europam, *tum Idolola-*
	131	31	*tram. Vide* Cedrenum & Volater-
	132	32	ranum.
	133	33	ISAACVS *vincitur, & altari*
	134	34	*imponitur offerendus*, Gen. 22. v. 9.
60	135	35	*Sic etiam Chriſtus vinctus fuit*, Mar-
	136	36	ci cap. 15.
	137	37	SARA *mater noſtra moritur*,

nata

Digitized by Google

Anni Mundi			Ante Natiuit.
	ctiones manifeſtæ, inflictæ ab Iſmae-	21	
	le verè Mizraim 400. *annis ante*	22	
	migratam Ægyptum, Gen. 15. 13. *&*	23	
	Act. 7. *verſ.* 6. *Poſteris Abraha-*	24	1810
	mi peregrinandum fuit in terrâ non	25	
2120	*ſua annis* quadringentis. *Illa non*	26	
	Ægyptus ſolum; ſed etiam prius Cha-	27	
	naan, in quam eis ætate quartâ erat	28	
	reuertendum, vt eam iure hæredita-	29	
	rio poſſiderent.	30	
	Hæ quatuor ætates ſunt: 1. Koha-	31	
	thi. 2. Amrami. 3. Aaronis. 4. Elea-	32	
	zari, *qui terram diſtribuit. Ioſuæ*	33	
	capite decimo quarto. Kohath *vnus*	34	1800
	erat ex ſeptuaginta, Gen. 46. *vixit*	35	
2130	*annos* 133. Amram 137. *Moſes ha-*	36	
	bebat 80. *cum Iſraelitæ ex Ægypto*	37	
	migrarent, qui ad ſummum effici-	38	
	unt annos 350. *Reſtat itaque eos*	39	
	annis quadringentis in Ægypto non	40	
	fuiſſe. Elapſis annis 215. *ab in-*	41	
	greſſu Abrahami in terram Cha-	42	
	naan, ſeptuaginta tantum animæ	43	
	ex lumbis eius procedentes deſcen-	44	1790
	dunt in Ægyptũ: annis 215. *poſt* ſexi-	45	
2140	es centena millia *fortium virorum*	46	
	egrediuntur.	47	
	ABRAHAM *amorem ſuum oſtẽ-*	48	
	dit, non parcens filio ſuo: Sic DEVS	49	
	Rom. c. 8. v 32.	50	
	*SARA *ſola inter mulieres eſt, cu-*	51	

* ANNA illa χρυσόλιθος filia Phanuel, eſt quaſi 84. ann. quo tempore videt PHANUEL: quod longè fuit præſtãtiùs, quã vel decem habuiſſe Iudices; & inuenit locũ ſeptimum χρυσολίθῳ, Ap. 21.

	138	38	*nata annos 127.* Gen. 23. *Cuius filiæ*
Regnum cælorum, Dan. 2. Plenitudo temporis; Gal. 4.

Panem & vinum * Agni loco. Mortuus eſt die eodem, quo Satan homicida factus eſt, in rerum Principio, *Gen.* 3. & per mortem aboleuit eum, qui mortis habet imperium. De Adami die conſentiunt Hebręi, Chaldæi, Arabes, Gręci, Latini. Textus etiam Scripturæ aliquot ad hanc rem, ſunt luculentiores, quam vt torqueri debeant. Neoterici quidam, negantes Chriſtum declaratum eſſe hæredem omnium, primo hominis die, vituperant ea quæ ignorant. Ipſum primæ matris noſtræ nomen, eos hanc antiquam viam ad vitæ doctrinam docuiſſe poterat. Sabbathum integrum Dominus quieuit, quod ADAM plenè obſeruatum nunquam vidit. Quiete ſua ceremoniæ iſti finem impoſuit. Prima die ſeptimanæ reſurrexit, qui dies hac de cauſa DOMINICVS eſt. *Apoc. cap.* I. *Apparuit per dies quadraginta; ſurſum aſſumptus eſt in cælum, ſedetque in excelſiſsimis ad dextram Maieſtatis, vſque dum poſuerit inimicos ſuos ſcabellum pedum ſuorum.* Hoſtes eius iam quidem erant Iudæi, qui eum abnegauerant,

Septimana dimidia, & Iubilæus extremus. Annus *Iehoua acceptus: Dies Salutis.*

Quicquid eſt temporis poſt hãc dimidiã Septimanã, hinc dicitur triẽniũ cum dimidio. Beda & Carthuſianus *in Apo.* 11. *pro vniuerſa Satanæ rabie, Ap.* 12. *pro Romana, Ap.* 13. *Papa Ap.* 11.

* *Chriſtus Paſcha noſtrum* ἐτύθη *illa die qua Paſcha comeſtũ eſt. Mactabatur in Templo, vbi Sacer-*

& Ro-

ſabetæ, alterius Mariæ cognatæ. Quoad Iudam & Leui eſt par viciſſitudo: Ioſeph Iacobi F. præſtantiorem alit *Iſraelē* in Ægypto, quam
3950 alter ille *Gen.* 47. Pii in Synodo definiūt Meſſiā ꝓmiſſū aduenisse ſecundū Prophetas. Ex ignoratione autē tēporis adminiſtrationis Zacharię, Natiuitas D. N. I. Ch. in tēpus alienū reiecta eſt. Nam ſecundū fabulā, quâ narratur Zachariā miniſtraſſe in Feſto *Tabernaculorū, Ioan. natales in mediā æſtatē reiiciūtur; & Chriſti poſt ſe-*
3960 *meſtre. Linguæ nunc ædificant* SALEMI.

Per 300. annos December non habuit natalitia.

Sol obtenebratur, qui dies ſuos habet hactenus connexos, trahitq; nos ad Chriſtum.

Satan 1000. an. Ligatus eſt Chriſtianis, vt Eccleſia nonnulla teneāt Chriſtum abſque Idololatria. Apoc. 20.

& Romani ex quorum auctoritate crucifixus fuerat. Propterea Rex deſtructurus erat populum ſuum, Ciuitatem & Sanctuarium. Id futurum prædixerat, interminatus locum ipſorum relictum iri deſertum, Matth. 24. Vbi etiam certum huius rei ſignum ab eo additum eſt, nimirum Ieroſolymam ab exercitibus cingendam eſſe, *Luc. cap.* 21. ſimulque reuocat nos ad caput nonum Danielis, quo ab Angelo Gabriele plenè traditur doctrina de Chriſto, & Iudæorum excidium. Idem quoque ab vniuerſo ſtatu fuerat indicatum, cum diceret, SI MITTIMVS hunc, (non poterant autem quin cum reſurgeret eum miſſum facerent:) omnes ei credent; & ROMANI VENIENTES, DELEBVNT TVM *locum noſtrum, tum* GENTEM, Ioan. 11. Etſi verò hæc palàm diceret ipſi; tamen S. Stephanum blaſphemiæ accuſarunt, quod eadem de ipſorum loco affirmaret, quamquam vultum & verba haberet Gabrielis, Actor. cap. 6. Dominus verò tacitè tempus deſignat, vbi aſſeuerat generationem iſtam non

Sacerdos adipem adolebat die 14. poſt horā tertiam. Comedebatur poſt ſolis occaſū, id eſt ineunte 15ta. Diem mactādi Paſchatis primi, nunquā mutarūt Iudæi, neque licuit. Paſchavolūtarium bouis & arietis per biduū cōedere liberum erat. Maimonides in Paſcha.

Dan. liber continet annos 600. 70. 490. 40.
Gen. 5. 29.
Agg. 2.
Heb. 12. 26.
Venientem non nomine patris, ſed ſuo receperunt. Iohann. 5. v. 43.
Dan. 9. 27.
Mat. 24. 15.
Marc. 13. 14.
Zach. 11. 1. 2.
Ezech. 47. 1. 2.

præterituram eſſe, donec omnia iſta eueniſſent. Fuit autem vt ſentiunt vulgo, quadraginta annorum. Sic ſinguli dies à Reſurrectione ad Aſcenſionem reſpondent ſingulis annis, quod Reſurrectionem CHRISTI non crediſiſſent. De ROMANIS loquitur PAVLVS, vt & de Imperii occaſu, INIQVITATEQVE exurgente in eius locum. EAM iniquitatem attigit CHRISTVS Matthæi 24. & res ipſa indicat, *Ciuitatē eam cuius authoritate crucifixus eſt, hac maledictione præ ceteris fuiſſe digniſſimam.* In HIEROSOLYMORVM excidio deſinunt (rationem temporis quod attinet) vltima prophetiæ Danielis verba, cap. 9. verſ. 27. Totus enim Liber totidem annos complectitur, quot Deus præmonendo priſco MVNDO per LAMECHVM præfixit, quando filium ſuum NOAH, id eſt, inſignem conſolatorem nominauit. Verum Iudęi in Priſci MVNDI perſtiterunt infidelitate. Hoc tempore DEVS non ſolum cōcuſſerat Terram, Imperiaq; terrena, ſed etiam cælos, id eſt, antiquas Iudæorum Ceremonias, quæ doctrinam REGNI cælorum repræſentauerant; vt quæ non eſſent concuſſæ, ſtabilirentur. Iudæi tamen verum Meſſiam abnegantes, adhæſerunt BAR-CHOZBÆ iactanti ſe eſſe Chriſtum; inque eius gratiam rebellarunt; etſi poſtquam biennium & paulo amplius regnaſſet, ab eis interfectus eſt. *Thalm. Sanhed. cap. Chelek, pag. 93. & 97.* Non multo poſt ROMANI בנם שקצים cum manu ἐρημώσεως inuadunt MONTEM & locum olim ſanctum, eumque delent penitus. Ibi LIBANVS aperuit portas ſuas, ignis abſumpſit Cedros eius, Abieſque & quercus eiularunt, quando Gentes congregatę ſunt in prælium aduerſus Ieroſolymam, capta Ciuitas, direptæ domus, & mulieres violatæ ſunt. Et nunc venit dies Aquarum vitæ, manantium ex vera IERVSALEM ab Oriente ad Occidentem, ad

quam

quam qui non accedunt ex omnibus familiis terrę adoratum REGEM IEHOVAM *Zebaoth*, caro, oculi, & lingua eorum tabeſient. Zach.14.12. Secundum hanc prophetiam poſt excidium Ieruſalem inferioris, DEVS IOANNI in obſcura PATHMO reuelat ROMANOS ſuperiorem quoque IERVSALEM, cuius imaginem vidit glorioſiſſimam, oppugnaturos eſſe. Duo itaque de iis aperit. Primum, profanorum Imperatorum apertam tyrannidem: ſecundum, Papæ duplicem, illis euerſis, impietatem; tinctam ὑποκρίσεως veneno. Tam horum quam illorum hiſtoriæ, omnium, quæ extant, ſunt luculentiſſimæ; & Pſeudo-Catholicorum domeſtica teſtimonia rem ipſam adprime confirmabunt. Romam initio ſtatim damnari ob Ioannem in exilium miſſum, omnes norunt, qui Domitianum non ignorant. Eandem, ad finem vſque permanere iſti condemnationi obnoxiam, patet in phiala iræ extremæ, cum ea effundenda ſit in vrbem illam magnam, quæ habet regnum ſuper reges terræ, Apocalyp.16. & 17. Perpendamus autem ROMÆ Statum, & notemus quam apta habeat inſignia, duas nimirum Beſtias non multum diſſimiles, vtramque ſepticipitem: aliam item Agni habentem cornua: mulierem Locuſtas & Draconem vires ſuas exerentem violentiſſime. Fuit aliquando Roma ἑπτάλοφος, eiusq; politia quinque, vt antea annotatũ fuit adflictores præſtitit Eccleſiæ, ante DD. Cæſarũ Monarchiã ſtabilitã. Ea ſextũ conſtituit caput. Duplex robur Papæ ſeptimum & quodãmodo eſt octauum. Huius poteſtas Beluâ ἑπτακεφάλῳ figuratur, vnde Angelus de ſeptem montibus, totidemque Regibus exponit. Eiusdem vrbis ſepticipitis crudelitas celebris fuit, inde ab eo tempore quo Romulus fratrem ſuum Remum interfecit: maximè vero propter decem Impper. perſecutiones & Papæ.

Apo. 10. 19.
Apo. 21.
Apo. 12.
Euſeb. Chr. 3.18.
Liuius lib. 1.
Cic. Off. 3.

Poſterior Belua ea de cauſa purpureo colore inſignita eſt. Altera, de qua cap. 13. notas habet ab antegreſſis hiſtoriis notiſſimis. Cum enim ſymbola Regum apud Danielem eſſent Leo, Vrſus, Pardus quadriceps, & hircus decemcornis: ROMA debellatrix Regnorum, quibus illi imperauerant, & in ſanctâ VRBE adfligenda non indiligens eorum imitatrix, ſecũdum illas eſt Belua ſepticeps, ἀκακίσατος, colore pardi, pedibus Vrſi, & ore leonis. Belua ſecunda etiam aptiſſime habet decem cornua, tum propter Perſecutores, tum ad ea Regna deſignanda, quæ Papæ ſubiectum iri Ioannes præuiderat. *Steuchus Eugubinus* id pulchre fatetur, & Scholiaſtes Græcus notauerat ita euenturum. Regna hæc ſunt; 1 *Hiſpania* & *Portugallia*. 2. *Hungaria*. 3. *Anglia*. 4. *Dania*. 5. *Ruſcia*, 6. *Croatia* & *Dalmatia*. 7. *Aragonia*. 8. *Bohemia*. 9. *Suecia* & *Noruegia*. 10. *Dacia*.

Apoc. 16.

Dan. 7.

Ap. 17. 12.

Steuchus contra Vallam, αὐτεγγελιστὸς. Apo. 13. ℣. 5. *Andreas Cæſarienſis feliciter admodũ ſummam de Antichriſto explicat. Quod regnum Romanũ mortuum reſuſcitabit, quodq; erit quaſi Rex Romanorũ &c.*

Hæc regna Steuchus fatetur poteſtatem ſuam Beſtiæ tradidiſſe. Pendebant enim tributum Papæ, qui ſedem ſuam ore DRACONIS *Apoſtolicam* nominauit. Græcus autem Scholiaſtes appoſite admodum in hunc locum; τὰ δὲ δέκα κέρατα δέκα βασιλεῖς εἶναι φασὶν, ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐν τοῖς ἐσχάτοις καιροῖς ἀναστησομένους, ὧν ἐν μέσῳ ὁ Ἀντίχριστος ἀναστήσεται. Arethas non erat Propheta, neque prophetæ filius: rei tamen euidentiâ, vt hoc ſcriberet impulſus eſt. Atque in his decem Regnis facies quædam antiquæ Reipublicæ enituit. Auguſtus enim tum, cum Ioannes hæc ſcriberet EVROPAM, teſte Strabone, qui Apoſtoli ætatem attigit, in decem στρατηγίας partitus fuerat. Hoc imperium etſi firmiſſimum videretur, euerſum tamẽ eſt propter Impp. infidelium vitam beluinam; inprimis vero eorum cędem, qui habebant teſtimonium Ieſu. Dominus enim Ieſus bellum cũ eis geſſit iuſtiſſime ac potentiſſime, inſidens equo albo, habensque arcum & ſagittas peracutas, penetrantes cor inimicorum Regis. Sancti Martyres ὁμολέοντες poſiti ſunt ſub Altari

Strab. lib. 17
Zach. cap. 1.
Ap. cap. 6.
Pſ. 45. 6.
Equus albus. *Primũ & quintum ex ſeptem ſigillis.*

Digitized by Google

excitantque Dominum ſanctum & veracem, ad iudicandum & vindicandum ſanguinem ſuum, repoſcendo eum à Beluis, quæ terrarum Orbi imperabant. Illi patiẽtiâ Bobus ſimiles, qui offeruntur in ſacrificium, ſanguinem ſuum profundentes, viderunt iuſtam effuſi ſanguinis innoxii retributionem. Nam omnes fere ſub quibus vixerant Impp. (niſi quod aliqui Chriſtianis fauerant) *Ad generum Cereris cum cæde & ſanguine* deſcenderunt: quemadmodum ſanguine & cædibus ad Imperii aſcenderant faſtigium. Dei vindicta in eos fuit, ſicut equus rufus, cuius ſeſſori datus eſt gladius magnus, cum mandato tollendi pacem è terra vt alii alios ſeſe mactarent. Fames in magnis bellis non eſt admodum rara: Hîc vero penuriam extremam viderunt ii, quibus cor erat, eſſe ſpreti Euangelii mercedem. Plurimi quidem doctorum inter Ethnicos notarunt hunc luctuoſiſſimum rerum ſtatum: verum non fuit eis hominis cor nec intelligentia, vt pœnas has propter immanem in Euangelii profeſſores crudelitatem, immiſſas diuinitus attenderent. Cordati vero animaduerterent equũ nigrum à Deo miſſum, cuius ſeſſor tenebat ſtateram, ponderabatque triticum ſeu aromata præ caritate, etſi oleum & vinum, aliique nonnulli terræ fructus, hominibus largius diuina benignitate conceſſi eſſent. Ea benignitate & patientia cum abuterentur homines, Deus Impp. immiſit ſtatim poſt Deocletiani perſecutionem, triplicia iudicia, λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν καὶ μαχαῖραν. Qui hic Aquilinis oculis iuſtitiam Chriſti intueri vellent, videre poterant equum pallidũ, cui inſidebant Mors & Infernus. Ibi vero tantam Cæſares & AVGVSTI inter ſe ediderunt ſtragem, populique eorum parentes imperio, vt paſſim Reges terræ, proceres, tribuni & potentes, omnesque tum ſerui, tum ingenui, abſconderent ſeſe à conſpectu Chriſtianorum, quibus Deus victoriam largitus erat; Ethni-

Equus rufus, *& ſecundum ſigillũ.*

Equus niger, *& tertium ſigillũ.*

Equus pallidus, *& quartum ſigillum.*

Sozimus lib. 2. notat Licinium vnũ Auguſt. vna pugna ex 130000. *militum, quos habebat, omnes amiſiſſe, tribus exceptis.*

ci parem Idololatriæ ſenſerunt pœnam cum Samaritanis, quando regnum Iſraelis euerſum eſt; vt merito inclamarent montes, dicentes: *Cadite in nos, & abſcondite nos à conſpectu eius, qui inſidet throno, & ab ira Agni.* Imo qui ſibi videbantur Sol, Luna, Stellę, Cęlũ & Montes orbis, dominiq; omnium Inſularũ, eô adducti ſunt, vt facies vniuerſi, quo-ad ipſos plane immutata videretur. Terra commota eſt, ſol niger factus eſt, vt ſaccus cilicinus, Luna tota facta eſt vt ſanguis, ſtellæ ceciderunt, cælum ipſum conuolutum eſt ſicut liber, qui conuoluitur, & vnusquiſque mons & inſula eam habent incolarum mutationem ac ſi è locis ſuis emoti eſſent. Quæ locutiones ad tempora *Conſtantii & Conſtantini* primorum Imperatorum Chriſtianorum aptiſſime referri poſſunt. Similes tropi exſtant apud Eſa. cap. 2. & 34. de rebus quæ ante hęc tempora euenere, propriiſſime vero euenturæ ſunt, *vbi cum Papæ interitu extremo huius Mundi machina diſſoluetur.* Semel tamen de profani imperii ruina phraſes iſtas accipi oportere certiſſimum eſt.

Sigillum ſextum.

Ap. 6. 14.

Caput ſextum Belua mortuum. fuit, & non eſt, *Ap.* 17.

Conſtantinus exoſus idololatriam Romæ veteris, Imperii ſedem *Byzantium* tranſtulit, quam & nomine *Noua Roma*; & priuilegiis Antiquæ donauit, addito inſuper alio *Conſtantino-poleos* cognomine. Imperio ibi ſtabilito, Antiqua Roma deinceps parui fit ab omnibus, iuſtiſſimoque Dei iudicio ſæpius vaſtata eſt. Alaricus enim cum Gothis eam ſpoliarunt, adeoque iis locis præualuerunt, vt antiquata veteris vrbis memoria *Gothiam* nominare decreuerint. Genſericus Vandalus eam quatuordecim dies integros, cædibus & incendiis perpopulatus eſt. Rurſus Odoacer cum miſcellanea turba maxima eam inuaſit, annisque pluribus eam obtinuit. Tandem Totilas Gothus eam incendio prorſus deleuit. Atque hic illud Scipionis euentu comprobatum eſt, quod aliquando Hector apud Homerum de Ilii cecinerat excidio:

Zozimus lib. 2. Oroſius 7. Ierony. ad Placidiam.

Roma præda facta eſt, & ludibrium plurimis nationibus. Sigibertus.

Eſſe-

Hom. Iliad. 7.v.448.

Ἔσσεται ἦμαρ ὅταν ποτ᾽ ὀλώλῃ Ἴλιος ἱρὴ
Καὶ Πρίαμος, καὶ λαὸς ἐϋμμελίω Πριάμοιο.

Appian in Libyc.

Ferunt ſciſcitanti POLYBIO ex Scipione tum inſpectante cum lachrymis CARTHAGINIS incendium, de quanam VRBE loqueretur, reſpondiſſe, *De patria cui timeret.* Fore enim vt aliquando vices CARTHAGINIS experiretur. Hoc Scipionis dictum refertur à nonnullis ad tempora Alarici: nos autem commodiſſime ad TOTILÆ applicabimus, qui ruinoſæ Romæ deletionem extremam conſummauit: Hîc itaque Vrbis finis & funus. *At in pontificatu, etſi non illa Veteris Imperii magnitudo, ſpecies certe non longe diſſimilis renata eſt, qua Gentes omnes ab Ortu & Occaſu, haud ſecus* ROMANVM PONTIFICEM VENERANTVR, *quam omnes nationes olim Imperatoribus obtemperabant*, &c. *Niſi* (autem) *Deus Romano Imperio euerſo, Pontificatum reſtituiſſet, in quo* ROMANA MAIESTAS RENASCERETVR, *futurum erat, vt* ROMA *nullo tempore excitata ac reſtituta inhabitabilis. poſthac fœdiſſima boum,* PORCRVMque FVTVRA ESSET HABITATIO. Hæc STEVCHVS EVGVBINVS.

Mortuum caput ſanatum.
August. Steuch. Eugub. in Vallam lib. I. ſtatim in principio.

Sic eo confitēte, Beſtia mortua, operâ PONTIFICATVS reuixit, capite 13. & illa quæ fuerat δεξαστικῶς cap. 17. & poſtea non fuerat, nunc rurſus eſt opinione: PONTIFICATVSq; Imperio imperans, ſeptimum & octauum caput *Belua* addit.

Apoc. 13. 3.
Apoc. 17. 11.
Apoc. 13. 11.

Quò verò clarius omnes videant Romam adfectam lethaliter PAPARVM operâ reſtitui, noua Ioanni offertur viſio. Repræſentat enim eos *Beſtia aſcendens è terra ſine tumultu bellico*, quæ habebat duo cornua ſimilia *Agni*; ſed loquebatur vt DRACO, reſtituebatque imagini prioris Beluæ vitam, ſpiritū, loquelam, adorationem deniq; à gentib. eos interficiēdo, bonaque eorum proſcribendo, qui poteſtati earū

Quis ignoret quid ſint Agni cornua?

Digitized by Google

iunctæ ſeſe non ſubmitterent. Atque hinc notarunt eruditi, quod PAPÆ, legibus, veſtitu, & Idolorum cultu, viuam Ethnicorum Impp. referant imaginem, Religionem habentes, Homerum magis Poetam, quam Apoſtolos Petrum & Paulum redolentem. Cæterùm vt videamus quid ſibi velint *cornua ſimilia Agni*, in Pſeudo-Vicario Agni illius immaculati, indicatur nobis quoddam Nomen, cuius compoſitio ac vis rem totam aperiet. Pluria ſunt propria nomina in libris ſacris, quæ notant aptiſſimè res quas de Deo concipiunt homines, aut ſibi adeſſe percuperent: Quorum compẽdiorum ſapientiæ vberiorem copiam ferunt eæ areæ librorum diuinorum, quæ vulgo habentur ſteriliſſimæ. Talis eſt liber *Numerorum* & *Ezdræ*, ex quo, poſteriore inquam, Deus nobis numerum exhibet, tributum cuidam viro, cuius ratio & nominis vis ſi fuerit expoſita, *Beſtiam* ipſam, eiusque ſtatum nobis deſignabit; quod pluris nobis æſtimandum eſt, quam Salomo ſexcenta ſexaginta ſex auri talenta reditus annui, 2. Chron. 9. 13. æſtimauit. Nomen itaque hominis illius, & numerus ei attributus, conſiderandus eſt. Apud Ezdram cap. 2. verſ. 13. ſcriptum reperimus: *Filii Adonikam ſexcenti ſexaginta ſex.* Hîc videmus nomen proprium illo numero inſignitum. Quod ſi quæras quid ſibi illud velit? interpretatione manifeſtum eſt. ADONI-KAM enim eſt, ſi interpreteris, DEVS STANS. Quo nomine, quod quæſo *homini peccati* meliùs conueniat? Etſi enim, quâ eſt hypocriſi, Agnum ſe eſſe ſimulat; illud tamen ore Draconis iactitat, Θεὸς εἰμι ἐπὶ γαίης. Nec aliter de eo ſentiunt, qui eum ſectantur Pſeudo-Catholici. Peruulgatum enim illud inter ipſos, PAPA EST DEVS in terris; EST DOMINVS DOMINORVM, & authoritatem habet Regis Regum in ſuos ſubditos. Verè igitur iſte ADONIKAM, *cum ſtet in Templo Dei*

Ezdra c. 2. 13.

Vide cap. ſatis diſt. 96. & c. quanto, & ſeq. extra. de translat. Epiſc. Nõ enim homo, ſed Deus ſeparat, &c. Baldus, Papa eſt Deus in terris. Gomezius, quæ facit Papa, facit vt Deus, non vt homo.

tanquam

tanquam Deus. Sanè ipſe Antiochus Epiphanes qui emergens Româ, Idolum Iouis Olympii in Templo ſtatuit, ad eum modum, ſupra omne illud quod vocatur DEVS, ſeſe non exaltauit. Tunc verò Papa ADONI-KAM fieri cœpit, cum impudens & benè facere neſcius Bonifacius, *Primatum* à Phoca parricida mercatus eſt. Sed Myſterium illud Iniquitatis exeruit ſeſe vlterius, ad viuificandum Beſtiam emortuam, luctuoſiſſimis illis Gregorii tertii temporibus. Ille enim vt Idololatriam ſtabiliret, LEONEM Imperatorem Græcum, propter deiectas Imagines (etſi id ſtatuente Concilio, Deique mandato expreſſo feciſſet, Exod. 20.) excommunicauit. Quæ excommunicatio fax fuit ſeditionũ, à quâ bellum Longobardorum contra Imperatorem accenſum eſt. Imperator Exarchatu Rauennæ exuitur, & cũ tempore, artibus ac perfidia PONTIFICIS, totius Italię imperio. Nam cum Longobardi maiores tumultus in Italia concitarent, & Imperatores Græci domi occupati ſeditionibus ortis propter Imagines, non poſſent rebus Italiæ & Romæ proſpicere: Carolus Magnus motus iniuria ſibi à Deſiderio Longobardorum rege illata, bellũ eis infert, quo & Deſiderium Italiã deſiderantem Longobardia exuit, & Italiã ipſam inuaſit, quã ſibi, etſi Imperatoris eſſet, retinuit. Huius in Imperio rupturæ, tum Papa, tum eius Idololatria cauſa fuêre. *Carolus Magnus* edoctus ab Alcuino Anglo, liberalitate ſummâ ſacrarum litterarum ſtudia promouere conatus eſt, quod etiam poſteà non pauci ex eius poſteritate imitati ſunt. Sed PAPÆ quicquid Regum liberalitate ſtudiis dicatum eſt, conuertunt ad ſtabiliendam ſuperſtitionem & potentiam ſuam. Tandem verò poſtquam perſuaſum eſt populo, IMPERIVM ESSE PAPAE, Idololatria vbique locorum imperatur, ſicque ab ipſo Beſtia mortua in

Lex Dei ſubtilem R. Bellar. reliquorumque Põtificiorũ diſtinctionem, inter Idolum & Imaginẽ. nõ admittit, nec Biblia Plantiniana maiora in Eſaie cap. 40. Adonis. Zonaras lib. 3. Vide etiam Fragmẽtum Guicciardini.

Horat. Dum multi vitant vitia, hac, contraria currunt.

Quid ſit habere numerũ Beſtiæ. *ὡς πυρσὸν λεῖ αἰγ γοίῃ.* *Theocritus poſt Ambakum, cap. 2.* *Tertul. cõtra* Iudęos. *Hieronym. epiſt. 17. & Scholiaſta Græci adigũt Lajolanos adquæ vedũ ineptas diſtinctiones.* *Vide notas Rhemẽſium in Ap. 17. ibi manduntverè omnes linguas ſuas.* **Septem Tubæ* Romã exciſam *vt Iericho, vetant reſtaurare.* Chiel *tamẽ pertẽdit eius inſtauratione, etſi pretio ſobolis ſuæ minima & maxima.* *Tuba prima.* *Nota non diuerſa tẽpora, ſed res diuerſas Tubis diſtingui, quẽadmodũ etiã* Sigillis *& Phialis.*

vitam reuocata eſt. Iam alterum quod attinet, numerum puta Nominis Beſtiæ, illum habere nihil aliud eſt, quam notâ illius aliqua inſignitum eſſe. Alluſio tantum ex libro Ezdræ petita eſt. Quemadmodum enim filii Adonikam ſunt numero ſexcenti ſexaginta ſex; ſic illi, qui Papæ ſunt filioli, & ſtatumina, quibus vt Deus ſtat, dicuntur nominis eius habere numerũ. De *Roma* verò condemnatione, vide quænam ſit illa mulier, quæ Beſtiæ inſidet Apocalyp. 17. Præteriens obiter, facilè animaduertat. Sanè cum Ioannes ſcriberet, Romam eo loci condemnari, nemo facilè fuiſſet negaturus. Hieronymi verò ætate, nullum omnino hac de re fuit dubium. Græci in ea etiamnum ſunt ſententia. RABANVS & ALBERTVS notant quam id ſit manifeſtum. Denique pronuper orti *Lajolani*, id ita eſſe, niſi ſuis ac ſibi ipſis contradicant, inficias ire nequeunt. Eſt autem locus ille clauis aperiendæ portæ ad viſiones alias aptiſſima, quibus omnibus Roma prorſus condemnatur. Ab hac Babylone prodiit Idololatria, quâ offenſus Chriſtus, ignem in terram proiicit. Etſi verò * ſeptem quaſi tubis, iudicia omnis generis, & doctrinæ promulgarentur: tamen homines non attenderunt quid Spiritus diceret Eccleſiis. Non raro effecit * Imperatorum prauitas, inprimis verò Mauritii & *Phocæ*, (perpetuò autem *Papæ*, & præcipuè in Bello illo ſacerrimo) vt grando & ignis cum ſanguine miſcerentur. [2] Papæ Primatus mons fuit magnus igne ardens, ac proiectus in mare. [3] Vbi Paſtores agere deſinunt, ſtella magna de cælo decidit. Quo facto Eccleſia quâ priuatim, quâ publicè maximum à Machumeto accepit detrimentum. Stella è cælo lapſa * שׂר eſt, *Angelus* Eccleſiæ. Eius ſeditio, ardens fax: corruptio Scripturarum ve-

* *Vſitatiſſima phraſis apud Hebræos.* 2 *Tuba ſecũda.* 3 *Tuba tertia.*

νατώδης, Abſinthium, quo aquæ dulces amatæ factæ ſunt. 4
Breui itaq;,qui videbantur, vt illi, de quib. Gen. 37.10. Sol, Luna, Stellæ, magnam partẽ obſcurati ſunt. Poſthæc ſtella, quæ de cælo, id eſt, Eccleſia cæleſti deciderat, Papa inquam, mira operatur. 5 Nam acceptis clauibus Abyſſi, emiſit indè fumum denſiſſimum hæreſium, quo obſcuratus ſol & aer, omnis ſcripturæ perſpicuitas & ſplendor. Ex eodem fumo exit eius *Clerus*, qui graphicè admodum depingitur. Nam *Locuſtæ* ſunt, quod magna eorum agmina, γαστέρες ἀργαί, & fruges tantum conſumere nati. *Scorpiones*, quod veneno ſuo ſanam inficiant doctrinam. *Cauda* ſignat prophetam docentem falſitatem. Propter bella, quorum ſunt faces, quæq; gerunt fortiter ad tuendũ ſe ſuumq; Primatum, ſimilitudinem habent equorum, qui parati ſunt ad pugnam. Habent etiam alas curruum, dentes Leoninos, & loricas ferreas. *Coronæ* eorum ſimiles aureis, magiſtratuum inuaſiones: facies * hominum, priuatum, quem prætendunt, deſignant ſtatum: Denique quod in ordine ſuo multas habeant mulieres, vitamque degant in cœnobiis effeminatam, habẽt capillos, vt capillos mulierũ. Quæ notæ omnes ac ſingulæ, quam aptè in Clerũ PAPÆ quadrent, nemo eſt qui non animaduertat. Hic verò Maomedus ſiue Machumedus nobis cõſiderãdus eſt, quem Deus cęcitati ac deceptioni erròris tradidit, vt eius exemplo Chriſtiani diſcerent, quanta malorũ Ilias à *Papæ primatu* orbi ſuò impendêret. Maomedus gente Iſmaelita, tenuiſſimę fuit fortunæ, donec viduã locupletẽ, *Chaidam* nomine, vxorẽ duceret. Cũ autẽ & à dęmone exagitaretur, & comitiali morbo laboraret, vxorẽ ſuã (quæ grauẽ ex eo capiebat dolorẽ, quod nobilis ipſa, egeno & dæmonis vexationibus obnoxio homini nupſiſſet) ita demulſit, quod diceret, ſe ad conſpectum Angeli Gabrielis ſibi apparentis concidere. Erat

4 *Tuba.*
Gagnæus Pontificius fatetur hæc dicta de Papis, Cardinalibus & Epiſcopis. Ergo & reliqua de iiſdē dicta concedat neceſſe eſt. Liquet enim connexa eſſe ex ſeſe omnia.
5 *Tuba quinta.*
Eſ. 9. 15.
* *Facies hominis ſtatum priuati notat, vt in Leone euerſo, & paruo cornu, Antiocho Epiphane Dan. 7.*
Hebræi & Arabes ſcribũt מחמד: *Pſeudopropheta Danielis præceptorẽ & nomen* Chamudoth, *quod idē atq; Machumed, ſibi affinxit.*
Cedrenus Hiſtoriarũ compēdio, fol. 347 Interprete Xylandro. Adi etiam ſi placet, Volat. in Arab. Tripl.

Digitized by Google

amicus ei mulieri monachus quidam, qui ob falſam fidem relegatus ibi viuebat. Huic mulier rem totam aperit, Angeli etiam nomine prolato. Is autem Monachus, vt opinionem eã prorſus in animo mulieris confirmaret, verè Maomedum hęc dicere ait: eum enim Angelum ad quemuis vatem mitti. Mulier fidem verbis * impoſtoris illius monachi habens, aliis ſuis gentilibus mulieribus fabulam narrauit: ab his porrò ad viros ea emanauit; ſicque ſucceſſu temporis pro vero Dei propheta impoſtor publicè habitus eſt. Doctrinam ſuam ex Iudaiſmo, Arianiſmo, Neſtorianiſmo, partimque ex cerebro ſuo conflauit. In multis doctrinæ capitibus Papæ fuit contrarius, vt in polygamia, oppoſita Monachatui. In aliquibus verò eadem ferè quæ ille docuit: vt quod * Paradiſi haberet claues, quemadmodũ iam tum de S. PETRI clauibus Papæ nõnihil in vulgus ſpargere cœperant. Habebant autem reuera vterque claues putei Abyſſi. In tãtum autem accreuit eius potentia, quâ manu efferatæ ſuæ ſocietatis, quâ doloſa idiotarũ deceptione, vt ante mortem * Arabiam totam, & quicquid adiacet Euphrati ſibi ſubiugaret. Iſmaelitas cum puderet nominis matris ſuæ Agaræ, deinceps nomen Saræ mutuantur, & ab illa Saracenos ſeſe dictitant. PAPÆ vero longe maior fuit impudentia, qui *Sanctitatis* nomen, quod Deo ſoli cõuenit, ſibi arripere auſus eſt. Qua in re filios ſuos diligentes habet imitatores. Cum enim ſint *Pſeudocatholici* non minus quam Iſmaelitæ *Pſeudo-Saraceni*: tamen Catholici & videri & dici volunt. Vterque valde proſper eſt. Maomedus quidem bellorum ſucceſſu & indubitata veritatis particulâ, dum docet *Imagines* λατρείας, neque δυλείας *cultu eſſe adorandas*. PAPA vero, docendo compendium ducens, vt ſibi quidem ac ſuis perſuadebat, ad ſalutem æternam, nimirum cognoſcendum ac colendum eſſe Deum, quatenus Idolum ad cognitionem

&reue-

* τῷ λόγῳ τοῦ ψευδαβ-βᾶ.

* *Maomed non minus habet claues quam Papa. Neutra vero quicquam aperiunt in Paradiſo Dei, piorum communi, inde à primordio mũdi receptaculo, ſed in Aſſaſinorũ aliquid.*

* *Hæ ſedes Iſmaelis primitus fuere à Sure vſq; ad Chaulã. Tuba ſexta. Saraceni tã verè ſunt Saræ filii, quam Papa ſancti, & Pontificii Catholici.*

Barbara Italia docet Græcos in diſtinctione λατρείας & δυλείας *quæ ſeptuaginta & communis Græcia hactenus ignorarunt.*

& reuerentiam commoueret. Hic potens erat ſtellas,* vt de cælo deciderent, præſtando. Ille autem præpotuit, terras debellando. Hæc autem Regna vno quaſi impetu peruaſit, Phœniciam, Palęſtinam, Hieroſolymam, Syriam totam, Perſiam, Armeniam, Hiſpaniam, Siciliam, Cretam, Italiæ bonam partem, Calabriam, totam Longobardiam, denique ad ipſam vſque Romam, olim rerum Dominam. Verum Deus iuſto iudicio ſuo ſedem ibi eſſe voluit Sanctitatis Pilati Vicario, Cittimque talem alere Abaddon vſque ad finem. Tandem Turcæ cum Machumetanis coniuncti ſunt, idque hoc modo. Vbi Agareni plurima regna ſubegiſſent, quinque conſtituunt ſumma imperia, in Hiſpania, Libya, Ægypto, Babylone, & Perſia. Maomedus filius Imbraelis, Rex Perſiæ, cum bellum gereret aduerſus Babylonios & Iudæos, rebuſque vteretur aduerſis, conduxit tria millia Turcarum, quorum Duci nomen erat *Tragolipaces*. Hi ſub ipſo ſtipendia merentes, tandem ſeditionem fecerunt, ac vt merita vitarent ſupplicia, ſeſe in locum defenſioni aptum ſubduxerunt. Maomedus per Duces ſuos eos conatur reprimere: verum dum inconſideratè pugnat, viginti millia ſuorum deſiderata ſunt. Ea clade commotus, Duces illos luminibus orbat, & qui euaſerant milites, eos ſe muliebri indutos veſtitu in triumpho ducturum interminatur. Milites minis perceptis, ad Tangolipacem tranſeunt. Maomedus id vlturus, omnibus ſuis viribus vndiquaque coactis hoſti ad Aſpachan occurrit, vbi atroci conſerta pugna, multiſque vtrinque cadentibus, ipſe etiam, dum hinc inde incautius obequitat, ſuoſque verbis animat, equo collapſo, ceruices frangit ac moritur. Eo mortuo exercitus cum Turcis conſpirat, & omnium voluntate *Tragolipaces* Sultanus, id eſt, moderator omnium regnorum, quibus Maomedus imperauerat, declaratur. Iſra-

** Vt Dan. 8. Antiochus Epiphanes, qui emerſit* Româ. *Vide Apocal.* 12. *in cauda Draconis.*

Vox Sultan *eſt apud Danielem cap.* 3.

elem non procul à Turcarum regionibus deportatum fuiſſe, iam antea oſtendi. Sic ab Euphrate Saraceni, & Turcæ exorti, habent Chiliades Chiliadum, & myriades myriadum, eo fine, vt ſint quatuor ANGELI iræ ac vindictæ diuinæ in Idololatras, parati ad horam, diem, menſem & annum, pro ratione Idololatriæ, aliorumque ſcelerum, quibus homines Deum ad iram prouocabant. Quemadmodum autem conuerſatio, ſic etiam deſcriptio eorum, PSEVDO-CATHOLICORVM, qui ab ipſis ἀντιμισθίαν recipiunt, in multis ſimilis eſt.

Saracenorũ deſcriptio conuenit in multis, cum Papiſtarum deſcriptione.

Robur ipſorum ſunt equi, animoſitas, capita leonum, deſolatio quam afferunt, omnia ſuis incendiis quocunque tendant vaſtantes, ſunt loricæ igneæ, hyacinthinæ, & ſulphureæ: Potentia & propera harũ rerum executio ſignãtur igne, fumo, & ſulphure ex ore ipſorum prodeuntibus. Eorum denique Pſeudopropheta à quo reguntur, cauda eſt ſimilis ſerpenti, quæ trahit homines, quemadmodum & *Papatus*, ad mortem ſecundam.

* Papas *eſt pater, πόπος, Dæmon Euſtathius in Homerũ. Symbola Romæ Satanæ attributa, oſtendunt eã eſſe Satanæ thronum.*

Imperatores Græci agnoſcentes ſe idololatriæ cauſa varia experiri Dei iudicia, eam ſapienti conſilio, quantum fieri potuit, repreſſerunt, idque à temporibus *Leonis Iſaurici*, vsque ad tempora *Theophili*; qui ne picturam quidem ferre poterat, qua hominum mentes allicerentur; vtpote quibus non vmbræ, ſed ipſa veritas reſpicienda ſit. Eo tamen defuncto, Idololatria in *Veteri Roma* ſtabilita, ita ad Nouam peruenit, vt Saraceni, Angeli illi ab Euphrate, ſoluerentur. Hoc accidit propter * PAPAS factos πόπους, ex Patribus Dæmonia. Id propter Satanæ, qui Draco eſt, deſcriptio ſimilis eſt ei, quâ Poteſtas Romana nobis ob oculos eſt poſita. *Colorem* habet *ſanguineum*, ſeptem capita, diademata totidem, & decem cornua. Etſi vero Satanas contenderit tum vi, tum fraude; tamen per mille annos à DOMINI noſtri

morte

morte ligatus eſt, ne ſeduceret generaliter. Martyres enim aliique fideles, iſtis mille annis vitam Chriſti didicerunt, & cum illo regnarunt. Reliquos vero incredulos quod attinet, qui peccatis ſuis erant immortui, eis SATANAS non fuit vinctus, cum nollent ſancti & beati eſſe, primam cognoſcendo reſurrectionem. Expletis vero * mille annis Satanas ſolutus eſt è carcere ſuo, paucique reperti ſunt Martyres, qui teſtimonium Ieſu tenerent conſtanter & ſincerè. *Gregorius Septimus* thronum obtinuit Satanæ opera. *Vrbanus* à quo Gregorii decreta confirmata ſunt, eiusdem reus fuit condemnationis: nec minus quam ille, ſanctam ac dilectam Chriſtianorum vrbem, omni conatu obſedit, factusq; eſt mons ignis, in medio mari; Imprimis vero bellum * accendens Ieroſolymitanum, idque agens, vt locum illum etiam tum ſanctum eſſe omnes exiſtimarent. Eo bello, quod ducentorum annorum fuit, vires totius OCCIDENTIS attritæ ac fractæ ſunt. Qua ratione factum eſt, vt Imperatores & reges attenuati, Seruorum ſeruis præpotentibus ipſorum ſpoliis, ſeruire coacti ſint. Ob illud bellum, quo nullum vnquam ſol vidit diuturnius, nec magis vtrique parti calamitoſum, exarſit feruentius in Chriſtianos Orientales Saracenorum odiū, cum ex eo intelligerēt ſuperſtitioſas noſtras & Idololatricas cōſpirationes. Loca antiquis ſuis nominibus, proprie textui APOCALYPSEOS conueniunt. Peſtifera enim ANTIOCHIA ab illo GOG exſtructa erat, de quo Ezech. 38. *Ieruſalem* autem Sancta Ciuitas dicta eſt. Hîc tamen quatuor terrę plagæ, & Chriſtianorum oppreſſores denotantur. Nunc PAPA REX ABADDON Gygis artibus, per homines amplius euerti non poteſt. Sed MICHAEL qui ſteterat ſuper aquas, fluctusque pacauerat GOGI ANTIQVI, idem ſtat & iurat

** Nihil noui hoc. Nam à prima Promiſſione ſunt mille anni ante ſententiam latam de mundi ἀποστασία ad ortum Noe. Poſtea fere mille anni ante defectionem in Ægypto. Iob. 1. Ezech. 20. In terra plus mille, antequam Gog ſit flagellum perfidiæ.*

Anno Domini 1085. Volater. De bello hoc ſcribunt Guilhelmus Tyrius, Abbas Vſpurg. Benedictus à Coltis, Paulus Æmilius Volaterran' Geogr. 12. & alii.

ſimiliter contra eundem. *Septem tonitrua* declarant vim eius potentiæ, *ſeptem Angeli* effundunt in Beſtiam tendentem ad perditionem, vltimas plagas ex ſeptem iræ Dei phialis. Atque hîc phraſes de plagis Romæ ἐκ θεοσόφου ὁμωνυμίας mirè ad alteras, quibus eius ortus deſcriptus fuit, accommodatæ ſunt. Vt enim ibi terra mixta eſt cum grandine, igne & ſanguine: ſic hîc in eius terram, vlcera Reipublicæ peſſima effunduntur. Mons igneus ibi proiectus eſt in mare. Hîc Romaniſtarum mare & regnum potentiſſimum, ſanguine miſcentur. *Stella* ἄψινθιος amaros reddidit fluuios, & Scripturarum fontes: Hîc fluuii ipſorū & fontes corruptionum in cauſa ſunt, quod fluctus experiantur cruentatos. Illic Solem iuſtitiæ offuſcarunt; Hic verò Sol ardens perſecutionum eos exurit. Fumus antea cū locuſtis peperit regis thronum & Beſtiam: Nunc verò Beſtiæ thronus in tenebris vileſcit. Ibi percuſſa eſt *Roma* ab Euphrate: Hîc verò Euphrates eſt exſiccatus, vt Reges Orientis inuadant Babylonem. Ibi Beſtia bellum gerebat cum Sanctis, tanquam potentior: Nunc verò Satan & Romæ robur duplex licèt explicent omnes ſuas vires, non pugnant felicius, quam Iabin olim ad MAGEDDON ἐκκοπτόμενος. Septimam tandem diuinæ iræ experientur phialam, audientque tubam extremam, cum gentes ab eis oppreſſæ rectè didicerint canere *Hallelu-ia*, & laudare Dominum cum intelligentia. Ipſius Domini eſt conficere hunc Regem perniſioſiſſimum *Abaddon*, aduentu ſuo glorioſo. Quemadmodum Beluæ illæ apud Danielem priore aduentu Chriſti in hunc mundum prorſus ſunt abolitæ, quarum cauſa Deus inſidebat throno igneo: Sic Belua ex illis ſymbolis cōpoſita, peribit ſecūdo, cuius cauſa thronus candidus iuſtitiæ apertè reuelatur. Sententiâ ex eo latâ, PSEVDO-PROPHETA PAPA, Belluaque po-

Apo. 16.

Comparatio phraſiū cap. 8. & 9. cum 16. quæ diligenter ad intelligentiam libri attendenda eſt.

Matth. 13.

Hi ſunt tres illi Spiritus.

Digitized by Google

tentiæ eius, aſſiduè ſentient Dei vindictam, donec iuxtà ambo cum Dracone in ignem ſulphureum æternum cruciandi coniiciantur. Etiam, AMEN. *Iuſta & vera ſunt viæ tuæ, Rex Seculorum.*

Poſt Babylonis ruinam SIONIS conſideremus ſalutem, quem montem Deus morte ſuâ extulit ſupra omnes montes, vt omnes populi ac linguæ in eo Agnum comitari poſſent. Ieroſolymis Diſcipuli acceperunt virtutem ex alto, cum vnà eſſent quaſi centum & viginti numero, vt patefacerent μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ, in filio ſuo ex ᾅδου * excitando.

Erant eo tempore Iudæi Ieroſolymis ex omni natione quæ ſub cælo eſt. D. Lucas eas enumerat plurimum ſecundum regiones in quas diſperſi primùm homines à confuſione linguarum, ob Babelem ædificatam, eaque Regna, quæ Hebræos fideles oppreſſerunt poſt Babelis excidium, operâ poſterorum Semi & Iapheti. Numerus centum & viginti Iudæos omnes alloquentium, qui è longinquis regionibus Ieroſolymam confluxerant, aptus erat ad reuocandam ipſis in memoriam, hiſtoriam diſperſionis ſuæ ſub Dario & Cyro, cum decreto Madai & Paras, Deus cælorum per totidem regna eſt celebratus, Cyrus Iudam ædificatum Ieroſolymam remiſit; Gabrielque prædixit, quo anno, die, hora, Chriſtus morte eſſet afficiendus. Ea prophetia cauſa fuit tanti concurſus eo anno Ieroſolymam. Expectabant enim apparitionem REGNI CÆLORVM. Tum Sione prodire debebat Lex; & verbum Iehouæ Ieroſolymis, & ipſo, inquam, tempore, quo SANCTVS SANCTORVM morte ſua Fœdus confirmauerat ὑπὲρ πολλῶν, pro OMNIBVS GENTIBVS. Receptio doctrinæ Salutis, quam Græci hinc primùm hauſerunt, fuit illa commoratio Iapheti in SEMI tentoriis. Atque huc vſque glorioſus fuerat ille locus, propter *Semi* bene-

Eſ. 2. 2. Mich. 4. 1. Apoc. 14.

** Phraſes Græcæ de hominis morte, perturbant inaſſuetos. τὸ κατελθεῖν εἰς ᾅδου cõtra Epicuros, dũ ſpirauit Græcia, perſonuit; idque vbi de Iuſtis ſermo erat, habebatur feliciſſimũ. Chriſtianis ſatis erat τὸ ἀποθανεῖν. Apud Patres ἀδιάφορα hæc duo: Idẽ Hebrais erat,* Ire in Paradiſum, & *ἰέναι εἰς τὰ ἅγια. Dolendũ Gehennã & Gehennæos dolores ex ignoratione vocũ conſuetudinũ, circa ſalutiferam Domini noſtri mortem, tã mortiferos errores peperiſſe.*

Hieronymus in c. 6. Dan. Dan. 6. Dan. 9. 2. Chr. 36. 22. Ezra 1. 1. Luc. 19. 11. Eſa. 2. 3.

dictionem, qui in perſona Melchiſedechi, etiam tum viu e- bat deſcriptione, Gen. 14. 18. Ad quam deſcriptionem Iudæis attendendum erat, vt Chriſtum agnoſcerent Deum, iuſtum Regem, hæredem vniuerſi, fidelem in domo ſua, functionem Aaronis, ſacrificia omnia ac Mincham antiquantem, Sacerdotemq; denique æternum vnica ſui ipſius oblatione; vno verbo *Sem ha-gadol ve-ha nora*.

Bem, abſolutè poſitum, Hebrais Dei nomen eſt: quod magnũ & metuẽdũ.

In hac vrbe receperunt Virtutem in turbine valido, & linguis igneis diſpertitis, אשדת verâ Sp. Sancti repleti ſunt, adeò vt omnibus idiomatis eorum loqui poſſent. Sic autem ſtatuenda erat I E R V S A L E M, quæ de cælo deſcendit, vt omnes nationes in ea poſſent operari, quemadmodum contra per linguas non intellectas, opus illud tantum fuit B A B E L confuſio, hominesq; diſperſi nomen *Sinear* dederunt, & à Semi domo abalienati ſunt; vitâque Dei, ſine quo ductore æternùm pereundum eſt. Ex hac eadem Ciuitate diſcipuli profecti, docuerunt quod Chriſto patiendum fuerat, à mortuis reſurgendum, & per illum M V N D O lucem eſſe nuntiandam. Hoc illi opus executi ſunt virtute Dei, qui doctrinam illorum confirmauit ſignis, prodigiis, variisq; virtutibus, & Sp. Sancti diſtributionibus pro ſua voluntate. Nonnulli horum Angelorum Dei, ſtatim doctrinã ſuam ſanguine ſuo obſignarunt; Alii ſerius præclarum ſuũ certamen decertarunt: Pars verò vixerunt tam diu, vt viderent Chriſtum venientem in Regnum ſuum cum potentia, quo tempore nimirum verbum fructuoſum erat per vniuerſum Mundum, eaque ciuitas condebatur per Piſcatores Galilæos, cuius nomen I E H O V A I B I eſt.

Sinear, quæ excutit, puta, cultores ſuos.

Ibi linguæ, nationes ac populi ex regnis omnibus, deſerunt poteſtatem tenebrarum, fide & obedientia in Chriſti regnum, honorem tribuentes & gloriam in ſecula Regi æ-

terno,

Digitized by Google

terno, ἀφθάρτῳ * ἀοράτῳ ſeipſum abſcondenti, Deo ſoli ſapienti. Ex Iudæis fidem conſtanter tenuerunt infiniti, qui deſignantur, ex eorum conſuetudine, per millia centum quadraginta quatuor. Hi nobiſcum quondam Gentibus veniunt ad Feſtum Tabernaculorum cum palmis, clamantes HOSANNA, ſalus Deo & Agno. Hæc turba fidelium animarum vocatarum ad nuptias Agni, ſunt IERVSALEM deſcendens è cælo à Deo, Apoc. 21. 3. Hebr. 12. Etſi verò tam glorioſa de ea prædicentur, quorum perfectio in hac lachrymarum valle conſpici non poteſt: Deus tamen hîc omnem lachrymam ab oculis noſtris abſtergit, atque vna quæque benedictio hîc habet, ſuum initium. Nomen huius Vrbis plurimum confert cum Iudæis tum Gentibus, ad videndum pacis ſtatum. Dicitur enim Ieruſalem, atque illam in terra Chanaan olim ſitam Chriſtus deſtruxit. Hoc itaque nomen Iudæos docuiſſe debuerat, non eſſe ſibi ſperandum reditum in CHANAAN, nec pro eo Deum quotidiè orandum; tum verò PSEVDO-CATHOLICOS, non pugnandum fuiſſe tantoperè pro aliqua ſingulari, quæ illic eſſet ſanctitate. In hac viuimus Fide, non adſpectu, & ſpe intuemur perfectionem. Eius murus eſt Salus, vt κάδκοδ, ἴασπις, & EKDACH χρυσαλλίζων. Eſ. 54. Fundamenta ſunt numero duodecim, ex duodecim lapidibus pretioſis, in λογίῳ, quosque omnes Sp. Sanctus ex Hebræo tranſtulit. *Portæ* quoque ſunt duodecim, ſingulæ ex ſingulis margaritis, in quibus ſunt duodecim nomina Tribuum Iſrael, quarum fidem habeat neceſſe eſt, qui hanc Vrbem ingrediatur. Duodecim Angeli, ſunt Ductores ab Oriente, Occidente, Septentrione & Meridie, Stellæ Eccleſiarum. Ciuitas eſt quadrata, habens ciues qualis ARISTOTELES appellaret τετραγώνους. Hic Deus ſedet in throno ſimili Iaſpidi & Sar-

Dan. 7.
Eſaias 45.
* יבין עתיק מסתתר *
Duodecies duodecim.
Sic Midras Tillin in Pſ. 120. numerat portas Ieruſalem futura.

2. Cor. 5.
Obſerua Sp. Sanctum ſequi hic bis 70. ad Eſ. 54. vide pag. 127 Iaſpis hic lapis Iuda. Tremell. Pyropus: Chalcedon. Arue & Kimchio.

dio [illegible] & Iuſtus. *Agnus Templum* eius eſt, ne tertium Tẽplum exſtruendum Iudæus quiſquam expectet. *Throni bis duodecim*, ſunt pro omnibus Chriſtianis, natis ex Iſraelis Tribubus duodecim, aut doctis à duodecim Apoſtolis. Dignitatis gratiâ ſunt Seniores; ob infinitum vero numerum, dicuntur viginti quatuor, reſpectu totidem Tribuum & Apoſtolorum. Hîc apparet Dei maieſtas glorioſa, quemadmodum in Legislatione, è cuius throno prodeunt fulgura, & tonitrua, & voces. Hîc oleum gratiæ nunquam deficit, ſed ardet ſeptem Lãpadibus, quæ ſunt Spiritus * Meſſiæ, puta *prudentiæ, ſapientiæ, conſilii, fortitudinis, cognitionis & intelligentiæ, denique timoris Iehouæ*. Hîc fortes, patientes, prudentes, & [illegible], alati ſunt, quemadmodum Seraphim illi, qui adminiſtrabant Chriſto, cum decem calamitates, & deſolatio extrema terreſtri Hieruſalem denunciarentur. Ciues huius Ciuitatis non ſunt ſimiles Iſraeli ſecundum carnem, qui etſi Iehoua multa maximaque operaretur mirabilia, tamen videre noluit: ſed redempti pretioſo Domini ſanguine, pleni ſunt oculis, illuminati lampadibus gloriæ Iehouæ, & Chriſtum vident per omnes Prophetas fidei noſtræ complementum, à Deo obſignatum, obſignantemque omnes viſiones, & aperientem ſigilla earum hiſtoriarum, quæ ad Eccleſiam pertinent. Hîc vera eſt lux, in qua Beati ambulant. Huc regna gloriam ſuam conferunt, & benedictæ Gentes ſuas gemmas. Hoc regnũ לאחתחבל non corrumpetur, neque dabitur extraneo neque polluto populo. Inſcriptos eſſe oportet in libro Agni, & ab æterno electos, atque à Deo ſanctificatos, qui hac donentur. Per hanc labitur fluuius, melior illis quatuor Hedenis, fluuius, inquam, aquæ viuæ per fidem in Chriſtum, quemadmodum aquæ illæ procedentes ex Libano. Hîc arbor illa vitæ in medio Paradiſi, edens folia ad ſanitatem Gentium, quæ curari cupiunt dum

Iaſpis *Hebrais* lapis Bẽiaminis, *in cuius ſorte templum ſymbolum gratiæ exſtructum fuit*. Sardius *gemma Rubenis, qui fuit propugnaculum contra ſanguinolentos hoſtes. Ad hac, hîc fit alluſio. Ordo Tribuum in Gemmis exſtat in* Targ. Ieruſ. & Chald. Cant. & Bocai, *vbi* Leſchẽ Danis *litem dirimit: Ionathã autem vol[illegible]δμενος, qui Num. 24. meminit Cõſtantinopoleos, non curandus, multo minus à Criticis admirãdus. Thalm. in Saned. cap.* Chelek, *fol.* 73. *Eſ.* 6. *Eſ.* 4. 2. *Ioan.* 8.

Dan. 9. 24. *Eſ.* 29. *contrarium eſt* [illegible]. *Apoc.* 6. *Eſa.* 60. *Apoc.* 21. *Dan.* 2. 44. *Eſ.* 35. *Agg.* 2. 8. *Eph.* 1. 4. *Eph.* 2. 19. *Ioan.* 7. 38. *Cant.* 4. *Ap.* 2.

dicitur

Digitized by Google

dicitur hodiè; fructusque duodecim ad alendum eos qui etiam comedunt Manna occultum, quiq; poſt mortem recipiunt coronam iuſtitiæ & vitæ, ſtellam matutinam, veſtes albas,& lapidem,cui inſcriptum eſt nomen,quod ęquiparat legem totam,Deut.27.verſ.2. Status prior primi Adami in paradiſo illo terreſtri,fuit glorioſus: Hic verò melior & glorioſior. Et quemadmodum Moſes ab illo orditur, ſic ſacra Scriptura in cæleſti clauditur: vt commodè cum rotis μυθικαῖς comparari poſſit. CONCENTVS *perfectus* & melodia Prophetarum & Apoſtolorum, quaque ratione in Monte Sionis ipſorum citharæ conſonent,intelligetur plenè, cum pacem planè ſumus viſuri, corpora noſtra Chriſti corpori glorioſo ſimilia ſunt futura, videbuntque oculi noſtri Dominum in illo Sione.

Pro aduentu iſto, *ô tu quem diligit anima mea, ſimilis ſis capreæ in montibus: Amen, Etiam veni Domine Ieſu.* Tum ſeruiemus tibi in vera perfectaque ſanctitate, cui Angeli honorem ſanctum ſemper exhibent, dicentes: *Laus, gloria, ſapientia, gratiarum actio, honor, robur & potentia, ſit Deo noſtro in ſecula ſeculorum, Amen.*

FINIS.

Aa

CORRIGENDA.

*Pag.*3.*verſ.*22,*lege*,omittunt. *P.*7, 21, iunctus. *P.* 12,3,διαπεύσαν. *P.* 25,*in* Nota, *leg.* col, &c. *P.* 32,26, Herodib. *P.* 38, 23. *verſ. pro Pſal.* *P.* 55, *dele iſta quæ extra lineas*; Requies Iub.1. *Ibidem ſub numero An. ante Nat. Chriſti* 1270. *adde, ſtatim* Requies. Iub.2. *P.* 61. *in marg.* Sagittarii. *Ibidem poſt Debora, adde* Abinoham. *P.* 63,5, *in nonnullis exempl. leg.* Zeb. *Ibidem dele* †, & *repone* *. *quæ docet iſta referenda ad præcedentia. Ibidem leg.* eſt Iah, & *lumen.* *P.* 70, 25, πανηγυρεία. *P.* 75, *verſ. antep.* reges. *P.* 76, 23. *del.* hac in parte. *Ibidem lege*, Iehojachin, *pro* Iehojakim. *P.* 81, 18. an. 7tem *P.* 87, 14. μηλωτῇ. *Ibidem, v.*28. pugnauit. *P.* 98. *verſ. ult.* ſeruitus ſub Re. *P.* 102. 25, *primum.* *P.* 111, 18, *parſurus.* *P.* 113, *Notâ, leg.* nomen eſt. *Ibidem, leg.* Mons Tzebi. *P.* 117, *Notâ. leg.* in Prophetis. *P.* 119, *Notâ. leg.* octauus textui. *P.* 125, 15. *leg.* Artax.41. & *paulò poſt ſcribe* 130. *P.* 128, 14, *leg.* 30. *P.* 133. *Nota tertia dele* 22. an. *P.* 138, 25, ann. tribuūt. *P.* 145. *lin. extrema, leg.* Magas. *rurſum, pag.* 147, 7, col.1. *P.* 148, 41. *ab ult. leg.* προσόντα. *P.* 153, *Macelia, leg.* Macetia. *P.* 157, *Notâ, leg.* oriundas. *P.* 167. 27, Horum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google